[23] Harum sententiarum quae vera sit, deus aliqui viderit; quae veri simillima, magna quaestio est. utrum igitur inter has sententias diiudicare malumus an ad propositum redire? Cuperem equidem utrumque, si posset, sed est difficile confundere. quare si, ut ista non disserantur, liberari mortis metu possumus, id agamus; sin id non potest nisi hac quaestione animorum explicata, nunc, si videtur, hoc, illud alias. Quod malle te intellego, id puto esse commodius; efficiet enim ratio ut, quaecumque vera sit earum sententiarum quas eui, mors aut malum non sit aut sit bonum potius.

[24] nam si cor aut sanguis aut cerebrum est animus, certe, quoniam est corpus, interibit cum reliquo corpore; si anima est, fortasse dissipabitur; si ignis, extinguetur; si est Aristoxeni harmonia, dissolvetur. quid de Dicaearcho dicam, qui nihil omnino animum dicat esse? his sententiis omnibus nihil post mortem pertinere ad quemquam potest; pariter enim cum vita sensus amittitur; non sentientis autem nihil est ullam in partem quod intersit. reliquorum sententiae spem adferunt, si te hoc forte delectat, posse animos, cum e corporibus excesserint, in caelum quasi in domicilium suum pervenire. Me vero delectat, idque primum ita esse velim, deinde, etiamsi non sit, mihi persuaderi tamen velim. Quid tibi ergo opera nostra opus est? num eloquentia Platonem superare possumus? evolve diligenter eius eum librum, qui est de animo: amplius quod desideres nihil erit. Feci mehercule, et quidem saepius; sed nescio quo modo, dum lego, adsentior, cum posui librum et mecum ipse de inmortalitate animorum coepi cogitare, adsensio omnis illa elabitur.

23. Algum deus veja qual dessas proposições seja verdadeira. A grande questão é quais as mais próximas da verdade. Assim pois, preferimos decidir por um julgamento entre essas proposições ou voltar ao nosso propósito? Na verdade, gostaria de abordar a ambos, se pudesse, mas é difícil fundi-los. Por conseguinte, se podemos libertar-nos do medo da morte, sem que esses assuntos sejam discutidos, façamos isso. Em caso contrário, se isso não for possível a não ser por meio da explicação da questão dos espíritos, caso pareça conveniente, façamos isso agora e, em outra ocasião, aquilo. Compreendo o que tu preferes e o julgo ser mais cômodo; pois a razão concluirá que a morte ou não seja um mal ou que seja antes um bem.

24. Pois, se o coração ou o sangue ou o cérebro for o espírito, certamente perecerá com o resto do corpo, porque é corpo; se for a alma, talvez se dissipará; se for fogo, se apagará; se for a harmonia de Aristoxeno, se dissolverá. O que direi de Dicearco, que afirma absolutamente não existir nenhum espírito? Segundo todas essas afirmações, nada pode se referir a alguém depois da morte; pois, com a vida perde-se também a faculdade de sentir; nada existe, porém, que importe a qualquer parte de quem não sente. As afirmações dos demais trazem a esperança, caso isso possivelmente te alegre, de que os espíritos possam, logo que tiverem saído dos corpos, chegar ao céu como que ao seu domicílio. A mim, porém, apraz, e isso queria em primeiro lugar que fosse assim, e em seguida, ainda que não seja desse modo, mas quereria persuadir-me disso. Portanto, em que nosso trabalho te é necessário? Por acaso podemos superar Platão em eloquência? Folheie com muita atenção o livro dele que trata do espírito: nada haverá de mais abrangente que possas desejar. Isso eu fiz, por Hércules, e de fato mais vezes; mas não sei por que razão, enquanto leio, concordo, logo que recoloco o livro e começo a pensar comigo mesmo sobre a imortalidade dos espíritos, toda aquela aceitação se esvai.

[25] Quid? hoc dasne aut manere animos post mortem aut morte ipsa interire? Do vero. Quid, si maneant? Beatos esse concedo. Sin intereant? Non esse miseros, quoniam ne sint quidem; iam istuc coacti a te paulo ante concessimus. Quo modo igitur aut cur mortem malum tibi videri dicis? quae aut beatos nos efficiet, animis manentibus, aut non miseros sensu carentis.

XII. [26] Expone igitur, nisi molestum est, primum, si potes, animos remanere post mortem, tum, si minus id obtinebis – est enim arduum –, docebis carere omni malo mortem. ego enim istuc ipsum vereor ne malum sit non dico carere sensu, sed carendum esse. Auctoribus quidem ad istam sententiam, quam vis obtineri, uti optimis possumus, quod in omnibus causis et debet et solet valere plurimum, et primum quidem omni antiquitate, quae quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius ea fortasse quae erant vera cernebant.

[27] Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos cascos appellat Ennius, esse in morte sensum neque excessu vitae sic deleri hominem, ut funditus interiret; idque cum multis aliis rebus, tum e pontificio iure et e caerimoniis sepulcrorum intellegi licet, quas maxumis ingeniis praediti nec tanta cura coluissent nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent, nisi haereret in eorum mentibus mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem commutationemque vitae, quae in claris viris et feminis dux in caelum soleret esse, in ceteris humi retineretur et permaneret tamen.

25. O quê? Concedes que os espíritos ou sobrevivam depois da morte ou pereçam com a própria morte? Pois concedo. Como, se permaneçam? Concedo serem felizes. Mas, ao contrário, se morrerem? Que não são míseros, porque nem sequer existem; coagidos por ti, já pouco antes concedemos isso. De que modo ou por que, portanto, afirmas que a morte te parece um mal? Ela nos tornará ou felizes, caso os espíritos sobrevivam, ou não míseros sem a faculdade de sentir.

(XII) 26. Por conseguinte, a não ser que seja incômodo, expõe, primeiramente, caso consigas, como os espíritos sobrevivem depois da morte, e depois, se conseguires isso de menos – pois é complicado – ensinarás que a morte não representa nenhum mal. Pois eu receio exatamente isso que seja um mal, não afirmo não ter sentido, mas que deveria não ter. Podemos na verdade recorrer aos melhores autores quanto a essa proposição que queres alcançar, porque isso tanto deve como costuma ter o maior valor em todos os debates, e de fato preferentemente aquela com antiguidade maior, que estava tanto mais perto da origem e da descendência divina, distinguiam talvez melhor o que era verdadeiro.

27. Por isso, aquela única coisa havia sido implantada nos antigos, os quais Ênio denominava *cascos* ("velhos", "antigos"), de que há um sentido na morte e que o homem, ao deixar de viver, não é destruído ao ponto de perecer de modo absoluto; e pode-se apreender isso, ao lado de muitas outras coisas, tanto a partir do direito pontifício como dos ritos sagrados dos sepulcros, ritos que pessoas dotadas de inteligência elevadíssima não teriam cultivado com tamanho zelo nem teriam sancionado leis religiosas tão implacáveis contra os violadores, a não ser que estivesse fixo em suas mentes, que a morte não é uma destruição que tudo tira e apaga, mas algo como certa migração e alteração da vida, que costumaria existir nos homens e mulheres ilustres como guia para o céu, mas que, nos demais, retém e mantém na terra.

[28] ex hoc et nostrorum opinione ‘Romulus in caelo cum diis agit aevum’, ut famae adsentiens dixit Ennius, et apud Graecos indeque perlapsus ad nos et usque ad Oceanum Hercules tantus et tam praesens habetur deus; hinc Liber Semela natus eademque famae celebritate Tyndaridae fratres, qui non modo adiutores in proeliis victoriae populi Romani, sed etiam nuntii fuisse perhibentur. quid? Ino Cadmi filia nonne **Leukoqea** nominata a Graecis Matuta habetur a nostris? quid? totum prope caelum, ne pluris persequar, nonne humano genere completum est?

XIII. [29] si vero scrutari vetera et ex is ea quae scriptores Graeciae prodiderunt eruere coner, ipsi illi maiorum gentium dii qui habentur hinc nobis profecti in caelum reperientur. quaere, quorum demonstrentur sepulcra in Graecia; reminiscere, quoniam es initiatus, quae tradantur mysteriis: tum denique, quam hoc late pateat, intelleges. sed qui nondum ea quae multis post annis (homines) tractare coepissent physica didicissent, tantum sibi persuaserant, quantum natura admonente cognoverant, rationes et causas rerum non tenebant, visis quibusdam saepe movebantur, iisque maxime nocturnis, ut vide rentur ei, qui vita excesserant, vivere.

28. Com base nisso e segundo a opinião dos nossos, "Rômulo vive no céu a eternidade com os deuses", como disse Ênio, e entre os gregos, e daí chegou a nós e até ao oceano, Hércules, tão grande e tão presente, é considerado deus. Desse ponto, Liber, nascido de Sêmele[12] com a mesma reputação de glória que os irmãos Tindáridas, dos quais se refere que foram não só colaboradores da vitória do povo romano nas batalhas, mas também seus anunciadores[13]. O quê? Por ventura, Ino, filha de Cadmo, não foi chamada Leucótea pelos gregos e tida como Matuta[14] pelos nossos? E daí? Quase todo o céu, para não me estender mais, não está cheio do gênero humano?

(XIII) 29. Mas se eu tentar examinar cuidadosamente dados antigos e extrair deles aquilo que os escritores da Grécia legaram, serão encontrados aqueles mesmos deuses das nações mais importantes, que são considerados alçados daqui de nós para o céu. Procure quais sepulturas deles são apontadas na Grécia; lembra-te, já que és um iniciado, do que seja transmitido pelos ritos secretos: então, finalmente, compreenderás quão amplamente isso se revela. Mas os que ainda não tinham começado a tratar, depois de muitos anos, daquelas coisas que tivessem aprendido pelas ciências naturais, persuadiram-se de tanto quanto haviam tomado conhecimento pelos avisos da natureza, não atingiam as disposições e as causas das coisas, muitas vezes moviam-se em certas visões, e essas sobretudo noturnas, de modo que percebes julgarem estar vivos aqueles que tinham morrido.

[30] Ut porro firmissimum hoc adferri videtur cur deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit inmanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio (multi de diis prava sentiunt – id enim vitioso more effici solet – omnes tamen esse vim et naturam divinam arbitrantur, nec vero id conlocutio hominum aut consessus efficit, non institutis opinio est confirmata, non legibus; omni autem in re consensio omnium gentium lex naturae putanda est) – quis est igitur, qui suorum mortem primum non eo lugeat, quod eos orbatos vitae commodis arbitretur? tolle hanc opinionem, luctum sustuleris. nemo enim maeret suo incommodo: dolent fortasse et anguntur, sed illa lugubris lamentatio fletusque maerens ex eo est, quod eum, quem diliximus, vitae commodis privatum arbitramur idque sentire. atque haec ita sentimus, natura duce, nulla ratione nullaque doctrina.

XIV. [31] Maxumum vero argumentum est naturam ipsam de inmortalitate animorum tacitam iudicare, quod omnibus curae sunt, et maxumae quidem, quae post mortem futura sint. 'serit arbores, quae alteri saeclo prosint', ut ait (Statius) in Synephebis, quid spectans nisi etiam postera saecula ad se pertinere? ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet bacam ipse numquam; vir magnus leges, instituta, rem publicam non seret? quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis, quid adoptationes filiorum, quid testamentorum diligentia, quid ipsa sepulcrorum monumenta, elogia significant nisi nos futura etiam cogitare?

30. Continuando, parece aduzir-se isso como certíssimo, que creiamos que os deuses existem, porque não existe nenhum povo tão selvagem, ninguém dentre todos que seja tão vazio, cuja mente não tenha sido impregnada pela noção dos deuses (muitos dentre os deuses decidem perversidades – mas isso costuma realizar-se por um costume vicioso – mas todos pensam que existem a força e a natureza divinas, mas nem a fala nem as assembleias dos homens levam isso a efeito, a noção não é confirmada por institutos ou por leis; mas, em qualquer assunto, o consenso de todos os povos deve levar em conta a lei da natureza) – quem há, pois, que não chore a morte dos seus, em primeiro lugar pelo fato de que os considere privados dos benefícios da vida? Retire essa noção e acabarás com o luto. Pois ninguém fica triste para seu próprio incômodo: talvez se entristeçam e angustiem, mas aquela sombria lamentação e o choro de quem está triste provêm do fato de que aquele a quem amamos, julgamos estar privado dos benefícios da vida e de que têm consciência disso. E assim percebemos isso, tendo a natureza como guia, não por alguma razão ou por alguma teoria.

(XIV) 31. O maior argumento, porém, é que a própria natureza tacitamente proclama a imortalidade dos espíritos, pois em todos existem as preocupações, e na verdade as maiores, com o que acontecerá depois da morte. "Planta árvores que são úteis a outro século", como diz Estácio em *Sinefebos*[15], esperando o quê, senão que os séculos futuros também lhe pertençam. Por isso o diligente agricultor plantará árvores, cujos frutos ele mesmo nunca verá; o grande homem não semeia leis, instituições e a coisa pública? O que significam a procriação dos filhos, a difusão do nome, as adoções de filhos, o cuidado dos testamentos, os próprios monumentos sepulcrais e os epitáfios a não ser que nós pensamos também nas coisas futuras?

[32] Quid? illud num dubitas, quin specimen naturae capi deceat ex optima quaque natura? quae est melior igitur in hominum genere natura quam eorum, qui se natos ad homines iuvandos, tutandos, conservandos, arbitrantur? abiit ad deos Hercules: numquam abisset, nisi, cum inter homines esset, eam sibi viam munivisset. vetera iam ista et religione omnium consecrata: XV. quid in hac re publica tot tantosque viros ob rem publicam interfectos cogitasse arbitramur? iisdemne ut finibus nomen suum quibus vita terminaretur? nemo umquam sine magna spe inmortalitatis se pro patria offerret ad mortem.

[33] licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminondae, licuit, ne et vetera et externa quaeram, mihi; sed nescio quo modo inhaeret in mentibus quasi saeclorum quoddam augurium futurorum, idque in maximis ingeniis altissimisque animis et existit maxime et apparet facillime. quo quidem dempto, quis tam esset amens, qui semper in laboribus et periculis viveret?

[34] loquor de principibus; quid? poetae nonne post mortem nobilitari volunt? unde ergo illud: 'Aspicite, o cives, senis Enni imaginis formam: Hic vestrum panxit maxima facta patrum'? mercedem gloriae flagitat ab iis quorum patres adfecerat gloria, idemque: 'Nemo me lacrimis decoret nec funera fletu Faxit. Cur? volito vivos per ora virum.' sed quid poetas? opifices post mortem nobilitari volunt. quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clupeo Minervae, cum inscribere (nomen) non liceret? quid? nostri philosophi nonne in is libris ipsis, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt?

32. Como? Por acaso duvidas do fato de que convém ser captado o sinal da natureza, de qualquer natureza particularmente benfazeja? Por isso, qual é a melhor natureza na espécie humana do que a daqueles que consideram ter nascido para ajudar, proteger e preservar as pessoas? Hércules aproximou-se dos deuses: nunca tivesse ido, a não ser que, quando estava entre os homens, tivesse preparado para si mesmo esse caminho. Esses fatos antigos foram consagrados também pela religião de todos: (XV) Como julgamos, neste Estado, terem pensado tantos e tão grandes homens, mortos por causa da coisa pública? E seu nome para idênticos fins, com os quais a vida seria encerrada? Ninguém se entregaria alguma vez à morte pela pátria sem uma grande esperança de imortalidade.

33. Ser assim foi permitido ao tranquilo Temístocles, foi permitido a Epaminondas e, para que eu não procure tanto o antigo como o externo, foi permitido a mim; não sei, porém, de que modo certo pressentimento das coisas futuras esteja fixado nas mentes dos tempos de alguma forma, e isso tanto surge em grau máximo como com muita facilidade aparece nos maiores talentos e nos mais altos espíritos. Eliminado esse pressentimento, quem seria tão insano que vivesse sempre em labutas e perigos?

34. Falo dos expoentes. Como? Por ventura os poetas não querem se notabilizar depois da morte? Daí, pois, o famoso dito: "Contemplai, ó cidadãos, a beleza da imagem do velho Ênio: Este fixou os maiores feitos de vossos antepassados"? Solicita a recompensa da glória daqueles, cujos pais haviam marcado com honra; e da mesma forma: "Ninguém me honre com lágrimas nem fará meu funeral com choro. Por quê? Sobrevoo os vivos pelas bocas dos homens". Mas e os artistas? Os autores querem se notabilizar depois da morte. Por que, pois, Fídias[16] inseriu no escudo de Minerva uma figura semelhante a si mesmo, mesmo não sendo permitido gravar o nome? Por quê? Por ventura nossos filósofos não inscrevem seus nomes nos próprios livros que escrevem sobre o menosprezo da glória?

[35] Quodsi omnium consensus naturae vox est, omnesque qui ubique sunt consentiunt esse aliquid, quod ad eos pertineat qui vita cesserint, nobis quoque idem existimandum est, et si, quorum aut ingenio aut virtute animus excellit, eos arbitrabimur, quia natura optima sint, cernere naturae vim maxume, veri simile est, cum optumus quisque maxume posteritati serviat, esse aliquid, cuius is post mortem sensum sit habiturus.

XVI. [36] Sed ut deos esse natura opinamur, qualesque sint, ratione cognoscimus, sic permanere animos arbitramur consensu nationum omnium, qua in sede maneant qualesque sint, ratione discendum est. cuius ignoratio finxit inferos easque formidines, quas tu contemnere non sine causa videbare. in terram enim cadentibus corporibus isque humo tectis, e quo dictum est humari, sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum; quam eorum opinionem magni errores consecuti sunt, quos auxerunt poetae.

35. Mas se o consenso de todos é a voz da natureza, e todos, onde quer que estejam, estão de acordo que existe algo, que pertence àqueles que deixaram de viver, também a nós convém pensar a mesma coisa; e se considerarmos aqueles, cujo espírito se destacou ou pela inteligência ou pelo mérito, porque seriam de ótima natureza, é verossímil perceber perfeitamente a força da natureza, que haja algo, principalmente quando alguém muito bom sirva à posteridade, de que esse teria percepção depois da morte.

(XVI) 36. Mas como concluímos pela natureza que existem deuses e conhecemos pela razão a natureza deles, da mesma forma julgamos que os espíritos permanecem segundo o consenso de todos os povos, e em que lugar ficam e qual seja sua natureza devem ser pesquisados pela razão. O desconhecimento disso imaginou os infernos e aqueles espantalhos que tu parecias menosprezar não sem razão. Pois, depois que os corpos fossem atirados dentro da terra e cobertos por ela, donde se disse enterrar, julgavam que passava a vida restante dos mortos; grandes desvios acompanharam essa opinião deles, que os poetas ainda aumentaram.

[37] frequens enim consessus theatri, in quo sunt mulierculae et pueri, movetur audiens tam grande carmen: 'Adsum atque advenio Acherunte vix via alta atque ardua Per speluncas saxis structas asperis pendentibus Maxumis, ubi rigida constat crassa caligo inferum,' tantumque valuit error – qui mihi quidem iam sublatus videtur –, ut, corpora cremata cum scirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quae sine corporibus nec fieri possent nec intellegi. animos enim per se ipsos viventis non poterant mente complecti, formam aliquam figuramque quaerebant. inde Homeri tota **nekuia**, inde ea quae meus amicus Appius **nekuomanteia** faciebat, inde in vicinia nostra Averni lacus, unde animae excitantur obscura umbra opertae, imagines mortuorum, alto ostio Acheruntis, falso sanguine. has tamen imagines loqui volunt, quod fieri nec sine lingua nec sine palato nec sine faucium, laterum, pulmonum vi et figura potest. nihil enim animo videre poterant, ad oculos omnia referebant.

[38] Magni autem est ingenii sevocare mentem a sensibus et cogitationem ab consuetudine abducere. itaque credo equidem etiam alios tot saeculis, sed quod litteris exstet, Pherecydes Syrius primus dixit animos esse hominum sempiternos, antiquus sane; fuit enim meo regnante gentili. hanc opinionem discipulus eius Pythagoras maxime confirmavit, qui cum Superbo regnante in Italiam venisset, tenuit Magnam illam Graeciam cum [honore] disciplinae, tum etiam auctoritate, multaque saecula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur. XVII. sed redeo ad antiquos. rationem illi sententiae suae non fere reddebant, nisi quid erat numeris aut descriptionibus explicandum:

37. Pois a reunião frequente do teatro, no qual se encontram mulherezinhas e meninos, comove-se ao ouvir um poema tão grande: "Aqui estou e chego do Aqueronte apenas por um longo e árduo caminho, através de cavernas feitas de ásperos rochedos de imensa altura, onde reina a impenetrável e densa escuridão dos infernos", e o erro – que na verdade me parece já ter sido eliminado – repercutiu tanto que, ao saberem que os corpos haviam sido cremados, mesmo assim os imaginassem existir nos infernos, uma vez que sem os corpos não poderiam existir nem ser compreendidos. Pois não podiam atingir pela mente os espíritos vivendo por si mesmos, procuravam alguma forma νεκυομαντε ou aparência. Daí toda a νεκυιÃ de Homero[17], aquilo que meu amigo Ápio[17] fazia, daí o lago Averno[18] em nossa vizinhança, de onde as almas sepultadas são despertadas por uma sombra tenebrosa, figuras dos mortos com falso sangue na larga entrada do Aqueronte. Contudo, querem que essas figuras falem, o que não pode acontecer sem língua, sem palato, sem a força da garganta, das laterais e dos pulmões e sem rosto. Pois nada podiam ver pelo espírito e atribuíam tudo aos olhos.

38. Mas é próprio dos grandes talentos separar a mente dos sentidos e o pensamento das tradições. Por isso, de fato confio também em outros; em tantos séculos, mas também em quantos escritos, sobressai Ferecides Sírio[19], por primeiro ainda que antigo, afirmou que os espíritos dos homens são sempiternos; de fato tinha o cognome de quem me governava. O discípulo dele, Pitágoras, confirmou com firmeza essa opinião, o qual, tendo vindo à Itália durante o reinado de Soberbo[20], conquistou aquela Magna Grécia tanto pela respeitabilidade da doutrina como por seu prestígio e, por muitos séculos depois, tanto se impôs o nome dos pitagóricos que parecia não haver nenhum outro sábio. (XVII) Volto, porém, aos antigos. Esses quase não davam explicação de suas afirmações, a não ser do que se referisse aos números e às transcrições.

[39] Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse et didicisse Pythagorea omnia primumque de animorum aeternitate, non solum sensisse idem quod Pythagoram, sed rationem etiam attulisse. quam, nisi quid dicis, praetermittamus et hanc totam spem inmortalitatis relinquamus. An tu cum me in summam exspectationem adduxeris, deseris? errare mehercule malo cum Platone, quem tu quanti facias scio et quem ex tuo ore admiror, quam cum istis vera sentire.

[40] Macte virtute! ego enim ipse cum eodem ipso non invitus erraverim. num igitur dubitamus – an sicut pleraque – quamquam hoc quidem minime; persuadent enim mathematici terram in medio mundo sitam ad universi caeli complexum quasi puncti instar optinere, quod **kentron** illi vocant; eam porro naturam esse quattuor omnia gignentium corporum, ut, quasi partita habeant inter se ac divisa momenta, terrena et umida suopte nutu et suo pondere ad paris angulos in terram et in mare ferantur, reliquae duae partes, una ignea, altera animalis, ut illae superiores in medium locum mundi gravitate ferantur et pondere, sic hae rursum rectis lineis in caelestem locum subvolent, sive ipsa natura superiora adpetente sive quod a gravioribus leviora natura repellantur. quae cum constent, perspicuum debet esse animos, cum e corpore excesserint, sive illi sint animales, id est spirabiles, sive ignei, sublime ferri.

39. Conta-se que Platão teria vindo à Itália para conhecer os pitagóricos e teria aprendido tudo deles e, em primeiro lugar, a respeito da eternidade dos espíritos e não apenas teria pensado o mesmo que Pitágoras, mas teria também trazido uma prova. Deixemos isso de lado, se não dizes algo, e abandonemos toda essa esperança de imortalidade. Então tu me deixas, depois que me levaste a uma expectativa máxima? Por Hércules, prefiro errar com Platão, a quem sei o quanto aprecias e a quem admiro por tua boca, do que experimentar com aqueles as coisas verdadeiras.

40. Muito bem! Pois eu próprio, não contrafeito, teria errado na companhia do mesmo. Portanto, ainda duvidamos – ou da mesma forma que da maioria – ainda que disso, na verdade, de forma alguma; pois os matemáticos levam a crer que a terra, situada no centro do universo, representa como que o valor de um ponto em relação ao abraço de todo o firmamento, que aqueles denominam κεÃτρον[21]; continuando, dizem que essa é a natureza dos quatro elementos que geram tudo, de modo que, como se tivessem momentos divididos e repartidos entre si, as coisas da terra e das águas são levadas, a seu aceno e por sua gravidade, para a terra e para o mar em ângulos iguais; as duas outras partes, uma de fogo e a outra, animada, como as anteriores são levadas para o meio pela gravidade e por sua massa, assim essas de novo se elevam voando para seu lugar celeste em linhas retas, seja por exigência da própria natureza superior, seja porque os mais leves são repelidos naturalmente pelos mais pesados. Sendo assim, deve ser evidente que os espíritos, quando abandonam o corpo, quer sejam animados, isto é, respiráveis, quer sejam de fogo, são levados para cima.

[41] si vero aut numerus quidam sit animus, quod subtiliter magis quam dilucide dicitur, aut quinta illa non nominata magis quam non intellecta natura, multo etiam integriora ac puriora sunt, ut a terra longissime se ecferant. Horum igitur aliquid animus, ne tam vegeta mens aut in corde cerebrove aut in Empedocleo sanguine demersa iaceat. XVIII. Dicaearchum vero cum Aristoxeno aequali et condiscipulo suo, doctos sane homines, omittamus; quorum alter ne condoluisse quidem umquam videtur, qui animum se habere non sentiat, alter ita delectatur suis cantibus, ut eos etiam ad haec transferre conetur. harmonian autem ex intervallis sonorum nosse possumus, quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures; membrorum vero situs et figura corporis vacans animo quam possit harmoniam efficere, non video. sed hic quidem, quamvis eruditus sit, sicut est, haec magistro concedat Aristoteli, canere ipse doceat; bene enim illo Graecorum proverbio praecipitur: 'quam quisque norit artem, in hac se exerceat.'

41. Se, porém, o espírito for certa categoria, o que se diz de modo mais sutil do que transparente, ou aquela quinta natureza, não mais descrita do que não compreendida, são também muito mais completas e mais claras, de modo que se elevem muitíssimo acima da terra. Portanto, o espírito é algo dessas coisas, para que uma mente tão vigorosa não permaneça mergulhada ou no coração e no cérebro ou no sangue empedocleano. (XVIII) Omitamos, porém, Dicearco com Aristoxeno, seu contemporâneo e condiscípulo, homens sem dúvida sábios; um dos quais parece nem sequer ter de fato sofrido muito, de modo a não sentir que tenha um espírito; o outro sentia tanto prazer em seus cantos que tentava transferi-los também para esse tema. Mas podemos conhecer a harmonia dos sons através dos intervalos, cuja diversa composição realiza muitas melodias; não vejo, entretanto, que harmonia possa realizar a disposição dos membros e a forma do corpo privada do espírito. Esse de fato, embora seja sábio, como o é, conceda isso ao mestre Aristóteles, que o mesmo ensine a cantar; pois é bem ensinado pelo conhecido provérbio grego: "A arte que alguém conheça, nela se exercite."

[42] illam vero funditus eiciamus individuorum corporum levium et rutundorum concursionem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam et spirabilem, id est animalem, esse volt. is autem animus, qui, si est horum quattuor generum, ex quibus omnia constare dicuntur, ex inflammata anima constat, ut potissimum videri video Panaetio, superiora capessat necesse est. nihil enim habent haec duo genera proni et supera semper petunt. ita, sive dissipantur, procul a terris id evenit, sive permanent et conservant habitum suum, hoc etiam magis necesse est ferantur ad caelum et ab is perrumpatur et dividatur crassus hic et concretus aer, qui est terrae proximus. calidior est enim vel potius ardentior animus quam est hic aer, quem modo dixi crassum atque concretum; quod ex eo sciri potest, quia corpora nostra terreno principiorum genere confecta ardore animi concalescunt.

XIX. [43] accedit ut eo facilius animus evadat ex hoc aere, quem saepe iam appello, eumque perrumpat, quod nihil est animo velocius, nulla est celeritas quae possit cum animi celeritate contendere. qui si permanet incorruptus suique similis, necesse est ita feratur, ut penetret et dividat omne caelum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod et umidum et caliginosum est propter exhalationes terrae. Quam regionem cum superavit animus naturamque sui similem contigit et adgnovit, iunctis ex anima tenui et ex ardore solis temperato ignibus, insistit et finem altius se ecferendi facit. cum enim sui similem et levitatem et calorem adeptus (est), tamquam paribus examinatus ponderibus nullam in partem movetur, eaque ei demum naturalis est sedes, cum ad sui simile penetravit; in quo nulla re egens aletur et sustentabitur iisdem rebus, quibus astra sustentantur et aluntur.

42. Deixemos completamente fora aquele embate ocasional dos corpos individuais, leves e redondos, que Demócrito quer que exista muito aquecido e respirável, isto é, animado. Mas esse espírito, que é constituído por uma alma de fogo, caso se origine daquelas quatro espécies das quais se diz que tudo provém, segundo vejo ser a opinião principalmente de Panécio[22], é necessário que procure alcançar as coisas superiores. Pois essas duas espécies nada têm de descendente e sempre se dirigem para o mais alto. Desse modo, ou se dissipam, isso acontece longe da terra, ou permanecem e conservam sua condição, razão pela qual é ainda mais necessário que sejam levadas para o céu e que este ar denso e material, que está próximo à terra, seja por elas rompido e dividido. O espírito, porém, é mais quente, ou melhor, mais ardente que este ar, que há pouco qualifiquei de denso e material; do exposto pode-se saber isso, porque nossos corpos, elaborados pela espécie terrena dos princípios, se abrasam pelo ardor do espírito.

(XIX) 43. Acresce que tanto mais facilmente o espírito se livre desse ar, a que já me referi várias vezes, e o perpasse, uma vez que nada é mais veloz que o espírito, não existe nenhuma rapidez que possa se opor à velocidade do espírito. Caso esse permaneça incorrupto e igual a si mesmo, é necessário que seja levado de tal modo que penetre e divida todo este céu, em que são forçados a se reunir as nuvens, as chuvas e os ventos e que é tanto úmido como escuro por causa das emanações da terra. Assim que o espírito tiver mantido e reconhecido a natureza igual a si mesma, juntadas as chamas provenientes da alma delicada e do ardor moderado do sol, avança e alcança de modo mais alto o ponto final de sua elevação. Portanto, assim que tiver obtido sua autenticidade, a leveza e o calor, como que pesado por medidas iguais não se move para parte alguma, e essa é precisamente sua morada natural, porque entrou no que é igual a si mesmo; nele, não necessitando de coisa alguma, será alimentado e sustentado com as mesmas coisas com as quais os astros são sustentados e alimentados.

[44] Cumque corporis facibus inflammari soleamus ad omnis fere cupiditates eoque magis incendi, quod iis aemulemur, qui ea habeant quae nos habere cupiamus, profecto beati erimus, cum corporibus relictis et cupiditatum et aemulationum erimus expertes; quodque nunc facimus, cum laxati curis sumus, ut spectare aliquid velimus et visere, id multo tum faciemus liberius totosque nos in contemplandis rebus perspiciendisque ponemus, propterea quod et natura inest in mentibus nostris insatiabilis quaedam cupiditas veri videndi et orae ipsae locorum illorum, quo pervenerimus, quo faciliorem nobis cognitionem rerum caelestium, eo maiorem cognoscendi cupiditatem dabant.

[45] haec enim pulchritudo etiam in terris 'patritam' illam et 'avitam', ut ait Theophrastus, philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitavit. praecipue vero fruentur ea, qui tum etiam, cum has terras incolentes circumfusi erant caligine, tamen acie mentis dispicere cupiebant. XX. Etenim si nunc aliquid adsequi se putant, qui ostium Ponti viderunt et eas angustias, per quas penetravit ea quae est nominata Argo, quia Argivi in ea delecti viri Vecti petebant pellem inauratam arietis, aut ii qui Oceani freta illa viderunt, 'Europam Libyamque rapax ubi dividit unda', quod tandem spectaculum fore putamus, cum totam terram contueri licebit eiusque cum situm, formam, circumscriptionem, tum et habitabiles regiones et rursum omni cultu propter vim frigoris aut caloris vacantis?

44. E como costumamos ser excitados pelas tendências do corpo a quase todas as paixões e com isso ser mais inflamados, de modo que procuramos nos igualar àqueles que possuem aquelas coisas que desejamos ter, sem dúvida seremos felizes quando, abandonados os corpos, estaremos livres das paixões e das rivalidades; e o que fazemos agora, quando estamos aliviados das preocupações, de modo que queiramos ver e contemplar algo, então faremos isso muito mais livremente e nos colocaremos totalmente a contemplar e a reconhecer as coisas, porque tanto existe, pela própria natureza, em nossas mentes um certo desejo insaciável de ver o verdadeiro, como os próprios contornos daqueles lugares, aos quais tivermos chegado, darão um desejo de conhecer tanto maior quanto mais fácil nos for o conhecimento das coisas celestiais.

45. Pois essa beleza provocou, também na terra, aquela filosofia "paternal" e "avoenga" provocada pela ânsia do conhecimento, como disse Teofrasto[23]. Mas particularmente desfrutarão dela aqueles que, mesmo enquanto habitavam esta terra e estavam mergulhados na escuridão, assim mesmo desejavam ver bem com a acuidade da mente. (XX) Efetivamente, se julgam que conseguem agora algo, os que viram a entrada do Ponto e aquelas passagens apertadas pelas quais entrou aquele que é chamado Argo, porque os argivos, homens escolhidos nele transportados, procuravam a pele dourada do carneiro, ou aqueles que viram aqueles estreitos agitados do oceano, "onde as águas impetuosas separam a Europa e a Líbia"; finalmente, que espetáculo julgamos haveria de ser, quando for dado contemplar toda a terra, tanto sua posição, seu formato e sua extensão circular, como também as regiões habitáveis e, pelo contrário, vazias de qualquer cultivo por causa da violência do frio ou do calor?

[46] nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea quae videmus; neque est enim ullus sensus in corpore, sed, ut non physici solum docent verum etiam medici, qui ista aperta et patefacta viderunt, viae quasi quaedam sunt ad oculos, ad auris, ad naris a sede animi perforatae. itaque saepe aut cogitatione aut aliqua vi morbi impediti apertis atque integris et oculis et auribus nec videmus, nec audimus, ut facile intellegi possit animum et videre et audire, non eas partis quae quasi fenestrae sint animi, quibus tamen sentire nihil queat mens, nisi id agat et adsit. quid, quod eadem mente res dissimillimas comprendimus, ut colorem, saporem, calorem, odorem, sonum? quae numquam quinque nuntiis animus cognosceret, nisi ad eum omnia referrentur et is omnium iudex solus esset. atque ea profecto tum multo puriora et dilucidiora cernentur, cum, quo natura fert, liber animus pervenerit.

[47] nam nunc quidem, quamquam foramina illa, quae patent ad animum a corpore, callidissimo artificio natura fabricata est, tamen terrenis concretisque corporibus sunt intersaepta quodam modo: cum autem nihil erit praeter animum, nulla res obiecta impediet, quo minus percipiat, quale quidque sit. XXI. Quamvis copiose haec diceremus, si res postularet, quam multa, quam varia, quanta spectacula animus in locis caelestibus esset habiturus.

46. Pois agora nem sequer distinguimos claramente com nossos olhos aquilo que vemos; pois não há algum sentido no corpo, mas, como ensinam não só os físicos como também os médicos, que viram essas coisas de modo direto e evidente, umas como que certas ligações perfuradas desde a sede do espírito até aos olhos, aos ouvidos e às narinas. Por isso, frequentemente não vemos nem ouvimos, impedidos ou por um pensamento ou por força de alguma doença, embora com os olhos e os ouvidos abertos e perfeitos, de modo que facilmente se possa entender que o espírito vê e ouve, não aquelas partes que seriam como janelas do espírito, pelas quais contudo a mente não é capaz de perceber nada, a não ser que ele esteja presente e aja. Como? Por que com a mesma mente captamos coisas tão díspares como a cor, o sabor, o calor, o odor e o som? O espírito nunca as reconheceria como cinco mensagens, a não ser que tudo se refira a ele e ele seja o único juiz de tudo. E essas coisas sem dúvida serão distinguidas com muito mais clareza e nitidez, sempre que o espírito livre chegar aonde a natureza o conduz.

47. Pois, mesmo agora, ainda que a natureza tenha fabricado, com uma competência extremamente hábil, aquelas aberturas que se abrem do corpo para o espírito, de algum modo, porém, estão separadas dos corpos terrenos e palpáveis: mas como não haverá nada além do espírito, nenhuma coisa oposta impedirá, quanto menos conheça qual seja a natureza de cada uma. (XXI) Por mais que disséssemos isso com muita frequência, caso a ocasião exigisse, (não enumeraríamos) quão grandes, quão numerosos e quão variados espetáculos o espírito haveria de ter nos lugares celestiais.

[48] quae quidem cogitans soleo saepe mirari non nullorum insolentiam philosophorum, qui naturae cognitionem admirantur eiusque inventori et principi gratias exultantes agunt eumque venerantur ut deum; liberatos enim se per eum dicunt gravissimis dominis, terrore sempiterno, et diurno ac nocturno metu. quo terrore? quo metu? quae est anus tam delira quae timeat ista, quae vos videlicet, si physica non didicissetis, timeretis, 'Acherunsia templa alta Orci, pallida leti, nubila tenebris loca'? non pudet philosophum in eo gloriari, quod haec non timeat et quod falsa esse cognoverit? e quo intellegi potest, quam acuti natura sint, quoniam haec sine doctrina credituri fuerunt.

[49] praeclarum autem nescio quid adepti sunt, quod didicerunt se, cum tempus mortis venisset, totos esse perituros. quod ut ita sit – nihil enim pugno –, quid habet ista res aut laetabile aut gloriosum? Nec tamen mihi sane quicquam occurrit, cur non Pythagorae sit et Platonis vera sententia. ut enim rationem Plato nullam adferret – vide, quid homini tribuam –, ipsa auctoritate me frangeret: tot autem rationes attulit, ut velle ceteris, sibi certe persuasisse videatur.

48. De fato, pensando nessas coisas, costumo ficar admirado da audácia de alguns filósofos, que admiram o ato de conhecer da natureza e, exultantes, agradecem a seu descobridor e primeiro e o veneram como a um deus; pois se dizem libertados por ele de senhores severíssimos, de terror constante e do medo tanto diurno como noturno. De que terror? De que medo? Que velha tão tresloucada que tema essas coisas, que vós certamente temeríeis, caso não tivésseis aprendido pela física, "os soberbos templos aquerontinos do orco, os locais obscuros da morte e indistintos pelas trevas"? Não se envergonha o filósofo pelo fato de vangloriar-se por não temer essas coisas e ter conhecido que são falsas? Com isso pode-se compreender quão perspicazes sejam por natureza, uma vez que, sem formação, haveriam de crer nelas.

49. Mas desconheço o que de surpreendente conseguiram ao convencer-se de que todos haveriam de morrer, quando chegasse o tempo da morte. Para que isso seja assim – pois não oponho a nada – o que tem esse assunto de alegria ou de glória? Na verdade, porém, nada me ocorre pelo qual não seja verdadeira a proposição de Pitágoras e de Platão. Contudo, como Platão não apresentou nenhuma comprovação – vê o que atribuirei ao homem – a mesma me venceria pela autoridade: pois aduziu tantas comprovações que parece certamente ter-se persuadido a si mesmo como quereria convencer aos demais.

XXII. [50] Sed plurimi contra nituntur animosque quasi capite damnatos morte multant, neque aliud est quicquam cur incredibilis is animorum videatur aeternitas, nisi quod nequeunt qualis animus sit vacans corpore intellegere et cogitatione comprehendere. quasi vero intellegant, qualis sit in ipso corpore, quae conformatio, quae magnitudo, qui locus; ut, si iam possent in homine vivo cerni omnia quae nunc tecta sunt, casurusne in conspectum videatur animus, an tanta sit eius tenuitas, ut fugiat aciem?

[51] haec reputent isti qui negant animum sine corpore se intellegere posse: videbunt, quem in ipso corpore intellegant. mihi quidem naturam animi intuenti multo difficilior occurrit cogitatio, multo obscurior, qualis animus in corpore sit tamquam alienae domi, quam qualis, cum exierit et in liberum caelum quasi domum suam venerit. si enim, quod numquam vidimus, id quale sit intellegere non possumus, certe et deum ipsum et divinum animum corpore liberatum cogitatione complecti possumus. Dicaearchus quidem et Aristoxenus, quia difficilis erat animi quid aut qualis esset intellegentia, nullum omnino animum esse dixerunt.

(XXII) 50. Muitos, porém, se esforçam contra e punem com a morte os espíritos como condenados à pena capital, nem se trata de qualquer outra coisa por que lhes pareça incrível a eternidade dos espíritos, a não ser porque não conseguem entender e compreender pelo pensamento de que natureza seja o espírito sem corpo. Como se, porém, entendessem de que natureza seja ele no próprio corpo, qual sua configuração, grandeza e localização; tanto que, caso já pudessem ser vistas claramente, no homem vivo, todas as coisas que agora estão ocultas, por ventura pareceria que o espírito haveria de tornar-se perceptível, ou tão grande seja sua fluidez que fuja à acuidade do olhar?

51. Isso refletem aqueles que negam que o espírito possa compreender-se a si mesmo sem corpo: verão a quem compreendam no próprio corpo. A mim, na verdade, ocorre muito mais dificilmente o pensamento de vislumbrar a natureza do espírito, e muito mais obscuro para mim é qual seja a natureza do espírito no corpo como em morada estranha, do que sua natureza quando se separar e chegar ao céu livre como à sua casa. Se, porém, porque nunca vimos, não podemos entender de que natureza isso seja, com certeza podemos apreender pelo pensamento tanto o próprio deus como o espírito divino livre de corpo. De fato, Dicearco e Aristoxeno afirmaram que não existe absolutamente o espírito, porque era difícil a compreensão do espírito: o que e de que natureza seria.

[52] est illud quidem vel maxumum animo ipso animum videre, et nimirum hanc habet vim praeceptum Apollinis, quo monet ut se quisque noscat. non enim credo id praecipit, ut membra nostra aut staturam figuramve noscamus; neque nos corpora sumus, nec ego tibi haec dicens corpori tuo dico. cum igitur 'nosce te' dicit, hoc dicit: 'nosce animum tuum.' nam corpus quidem quasi vas est aut aliquod animi receptaculum; ab animo tuo quicquid agitur, id agitur a te. hunc igitur nosse nisi divinum esset, non esset hoc acrioris cuiusdam animi praeceptum tributum deo.

[53] Sed si, qualis sit animus, ipse animus nesciet, dic quaeso, ne esse quidem se sciet, ne moveri quidem se? ex quo illa ratio nata est Platonis, quae a Socrate est in Phaedro explicata, a me autem posita est in sexto libro de re publica: XXIII. 'Quod semper movetur, aeternum est; quod autem motum adfert alicui quodque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. solum igitur, quod se ipsum movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit; quin etiam ceteris quae moventur hic fons, hoc principium est movendi.

52. Na verdade, existe o conhecido ou o supremo ver o espírito pelo próprio espírito, e seguramente tem essa força o preceito de Apolo, pelo qual adverte que cada um se conheça a si mesmo. Mas não creio que ele preceitue que conheçamos os nossos membros ou a estatura e a aparência; nós não somos corpos, nem eu, dizendo-te essas coisas, digo-as a teu corpo. Portanto, quando diz "conheça-te", diz o seguinte: "Conheça teu espírito". Pois de certo o corpo é como que um recipiente ou algum receptáculo do espírito; o que quer que é feito por teu espírito, é feito por ti. Em consequência, se esse conhecer não fosse divino, esse preceito de todo espírito penetrante não seria atribuído a um deus.

53. Se, porém, o próprio espírito não conhecer qual seja sua própria natureza, dize-me, por favor, não saberá que ele mesmo existe, nem sequer se manifesta? Daí, aquele argumento nasceu de Platão, que foi explicada por Sócrates no Fedro, mas colocada por mim no livro sexto *De Re Publica*: (XXIII) 'O que sempre se move, é eterno; mas o que ocasiona um movimento a alguém e o mesmo é impelido de outra parte, quando o movimento acaba, é necessário que deixe de viver. Portanto, somente o que se move por si mesmo nunca deixa de fato de se mover, porque nunca desiste por si mesmo; ainda mais, é essa a fonte, é esse o princípio de movimento também para as outras coisas que se movem.

[54] principii autem nulla est origo; nam e principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest; nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. quod si numquam oritur, ne occidit quidem umquam; nam principium extinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit, siquidem necesse est a principio oriri omnia. ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur; id autem nec nasci potest nec mori, vel concidat omne caelum omnisque natura <et> consistat necesse est nec vim ullam nanciscatur, qua a primo inpulsa moveatur. cum pateat igitur aeternum id esse, quod se ipsum moveat, quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget? inanimum est enim omne, quod pulsu agitatur externo; quod autem est animal, id motu cietur interiore et suo; nam haec est propria natura animi atque vis. quae si est una ex omnibus quae se ipsa [semper] moveat, neque nata certe est et aeterna est'.

[55] licet concurrant omnes plebei philosophi – sic enim ii, qui a Platone et Socrate et ab ea familia dissident, appellandi videntur –, non modo nihil umquam tam eleganter explicabunt, sed ne hoc quidem ipsum quam subtiliter conclusum sit intellegent. sentit igitur animus se moveri; quod cum sentit, illud una sentit, se vi sua, non aliena moveri, nec accidere posse ut ipse umquam a se deseratur. ex quo efficitur aeternitas, nisi quid habes ad haec. Ego vero facile sim passus ne in mentem quidem mihi aliquid contra venire; ita isti faveo sententiae.

54. Para o princípio, porém, não há nenhuma origem, pois todas as coisas se originam do princípio, mas o mesmo não pode nascer de nenhuma outra coisa, pois não seria princípio o que fosse produzido por algo outro. Pois se nunca se origina, também nunca tem ocaso; de fato, nem mesmo um princípio extinto nasceria de outro, nem de si mesmo criará algo, visto que é necessário que tudo se origine do princípio. Desse modo sucede que o movimento seja o princípio pelo fato de que se move por si mesmo; esse, porém, não pode nascer nem morrer, ou é necessário que caia de uma vez o céu inteiro e pare toda a natureza e não se encontre alguma força pela qual se mova, impelida por primeiro. Portanto, porque é evidente ser eterno aquilo que se move por si mesmo, quem é que nega que essa natureza foi atribuída aos espíritos? Inanimado é, portanto, tudo que é movimentado por impulso externo; mas o que é animado, é posto em movimento por impulso interior também seu, uma vez que isso constitui a própria natureza e a força do espírito. Se essa é uma dentre todas as que se movem sempre por si mesmas, certamente não nasceu e é eterna.

55. Ainda que concordem todos os filósofos plebeus – pois assim parece que devem ser chamados os que discordam de Platão, de Sócrates e dessa escola – não só nunca explicarão nada de modo tão esmerado, mas nem sequer compreenderão aquilo mesmo que tão sutilmente tiver sido concluído. Portanto, o espírito percebe que se move; se pois percebe, percebe ao mesmo tempo o fato de que se move a si mesmo por sua força, não alheia, e que não pode suceder que ele próprio desista de si mesmo. Com isso se efetua a eternidade, a não ser que tenhas algo a acrescentar. Eu, porém, facilmente não consenti que algo contra sequer me viesse à mente; assim, sou favorável a essa proposição.

XXIV. [56] Quid? illa tandem num leviora censes, quae declarant inesse in animis hominum divina quaedam? quae si cernerem quem ad modum nasci possent, etiam quem ad modum interirent viderem. nam sanguinem, bilem, pituitam, ossa, nervos, venas, omnem denique membrorum et totius corporis figuram videor posse dicere unde concreta et quo modo facta sint: animum ipsum – si nihil esset in eo nisi id, ut per eum viveremus, tam natura putarem hominis vitam sustentari quam vitis, quam arboris; haec enim etiam dicimus vivere. item si nihil haberet animus hominis nisi ut appeteret aut fugeret, id quoque esset ei commune cum bestiis.

[57] Habet primum memoriam, et eam infinitam rerum innumerabilium. quam quidem Plato recordationem esse volt vitae superioris. nam in illo libro, qui inscribitur Menon, pusionem quendam Socrates interrogat quaedam geometrica de dimensione quadrati. ad ea sic ille respondet ut puer, et tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eodem perveniat, quo si geometrica didicisset. ex quo effici volt Socrates, ut discere nihil aliud sit nisi recordari. quem locum multo etiam accuratius explicat in eo sermone, quem habuit eo ipso die, quo excessit e vita; docet enim quemvis, qui omnium rerum rudis esse videatur, bene interroganti respondentem declarare se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere, nec vero fieri ullo modo posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas et quasi consignatas in animis notiones, quas **ejnnoivaß** vocant, haberemus, nisi animus, ante quam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisset.

(XXIV) 56. Como? Afinal, por ventura consideras menos profundas as proposições que afirmam haver algo de divino dentro dos espíritos dos homens? Caso entendesse de que modo esse algo poderia nascer, veria também de que modo pereceria. Pois me parece poder dizer de onde se originaram e como foram feitos o sangue, a bílis, a mucosidade, os ossos, os nervos, as veias, afinal toda a forma dos membros e do corpo todo: o próprio espírito – caso não houvesse nele a não ser isso, para que vivêssemos através dele, julgaria que tanto a vida do homem como a da videira, como a da árvore é sustentada pela natureza; pois dizemos que essas também têm vida. Da mesma forma, se o espírito do homem nada tivesse que não seja desejar ou evitar, isso também lhe seria comum com os animais.

57. Em primeiro lugar, possui memória, e aquela infinita de coisas inumeráveis. Na verdade, Plauto quer que ela seja a recordação de uma vida superior. Pois naquele livro, cujo título é Menon, Sócrates pergunta a certo rapazinho a respeito de uma dimensão geométrica do quadrado. Responde-a à maneira de menino, e as perguntas são todavia tão fáceis, que aos poucos chegue com as respostas ao mesmo ponto, em que chegaria se tivesse aprendido geometria. Com isso Sócrates quer demonstrar que aprender não seja nada mais do que recordar. Explica essa passagem de modo muito acurado naquela alocução que fez no mesmo dia em que morreu; pois ensina que qualquer um, que pareça ser desconhecedor de tudo, responde a quem pergunta bem que não está aprendendo aquilo agora mas que o reconhece pelo recordar, mas que não poderia suceder de modo algum que, desde criança, tivéssemos noções, que denomina "enoias", implantadas e como que atestadas de tantas e tão grandes coisas nos espíritos, a não ser que o espírito prosperasse no conhecimento das coisas antes de ter entrado no corpo.

[58] cumque nihil esset,ut omnibus locis a Platone disseritur – nihil enim putat esse, quod oriatur et intereat, idque solum esse, quod semper tale sit quale est, (ijdean appellat ille, nos speciem) –, non potuit animus haec in corpore inclusus adgnoscere, cognita attulit; ex quo tam multarum rerum cognitionis admiratio tollitur. neque ea plane videt animus, cum repente in tam insolitum tamque perturbatum domicilium inmigravit, sed cum se collegit atque recreavit, tum adgnoscit illa reminiscendo. ita nihil est aliud discere nisi recordari.

[59] Ego autem maiore etiam quodam modo memoriam admiror. quid est enim illud quo meminimus, aut quam habet vim aut unde naturam? non quaero, quanta memoria Simonides fuisse dicatur, quanta Theodectes, quanta is, qui a Pyrrho legatus ad senatum est missus, Cineas, quanta nuper Charmadas, quanta, qui modo fuit, Scepsius Metrodorus, quanta noster Hortensius: de communi hominum memoria loquor, et eorum maxume qui in aliquo maiore studio et arte versantur, quorum quanta mens sit, difficile est existimare; ita multa meminerunt.

XXV. [60] Quorsus igitur haec spectat oratio? quae sit illa vis et unde sit, intellegendum puto. non est certe nec cordis, nec sanguinis, nec cerebri, nec atomorum; animae sit ignisne nescio, nec me pudet ut istos fateri nescire quod nesciam: illud, si ulla alia de re obscura adfirmare possem, sive anima sive ignis sit animus, eum iurarem esse divinum. quid enim, obsecro te, terrane tibi hoc nebuloso et caliginoso caelo aut sata aut concreta videtur tanta vis memoriae? si quid sit hoc non vides, at quale sit vides; si ne id quidem, at quantum sit profecto vides. quid igitur?

58. E mesmo que não houvesse nada, como é tratado por Platão em todos os tópicos – pois julga nada haver que nasça e pereça, e existir apenas aquilo que seja sempre tal qual é (aquele a denomina "ideia", nós, "espécie") – não pôde o espírito, recluso no corpo, reconhecer essas coisas, referiu os conhecimentos; daí se tira a admiração do conhecimento de muitas coisas. Nem o espírito os vê inteiramente, quando imigrou inesperadamente para um domicílio tão insólito e tão perturbador, mas assim que se concentra e se refaz, então reconhece aquelas coisas pelo relembrar. Desse modo, aprender nada mais é que recordar.

59. Eu, porém, também admiro a memória de certo modo ainda maior. Pois, que é aquilo pelo qual nos recordamos, ou que força tem ou de onde recebe sua natureza? Não pergunto pelo que se diz ter sido o tamanho da memória de Simônides[24], o da de Teodecte, o tamanho da memória daquele que foi enviado ao senado como legado por Pirro, Cineas, mais recentemente o da de Carmadas, a grandeza da memória de Scepsio Metrodoro, que há pouco se foi, o tamanho da de nosso Hortênsio: falo da memória comum dos homens, e sobretudo daqueles que se aplicam a um estudo superior ou arte, dos quais é difícil avaliar quão grande seja a mente; desse modo, lembraram-se de muitas coisas.

(XXV) 60. Para que direção, portanto, volta-se esta dissertação? Julgo que seja para compreender que força seja aquela de onde provenha. Certamente não é do coração, nem do sangue, nem do cérebro, nem dos átomos; ignoro se é por ventura o fogo da alma, nem me envergonho de confessar que os desconheça, porque de fato não sei: se pudesse afirmar alguma outra coisa a respeito de um assunto obscuro, como se o espírito é a alma ou o fogo, juraria que ele é divino. Por favor, o que te parece, pois, semeada ou gerada pela terra ou por esse céu nebuloso e escuro a tão grande força da memória? Caso não vejas o que é isso, certamente vês sua importância; se nem isso, pelo menos certamente percebes sua extensão. O que então?

[61] utrum capacitatem aliquam in animo putamus esse, quo tamquam in aliquod vas ea, quae meminimus, infundantur? absurdum id quidem; qui enim fundus aut quae talis animi figura intellegi potest aut quae tanta omnino capacitas? an inprimi quasi ceram animum putamus, et esse memoriam signatarum rerum in mente vestigia? quae possunt verborum, quae rerum ipsarum esse vestigia, quae porro tam inmensa magnitudo, quae illa tam multa possit effingere?

[62] Quid? illa vis quae tandem est quae investigat occulta, quae inventio atque excogitatio dicitur? ex hacne tibi terrena mortalique natura et caduca concreta ea videtur? aut qui primus, quod summae sapientiae Pythagorae visum est, omnibus rebus imposuit nomina? aut qui dissipatos homines congregavit et ad societatem vitae convocavit, aut qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis litterarum notis terminavit, aut qui errantium stellarum cursus, praegressiones, institutiones notavit? omnes magni; etiam superiores, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitae, qui praesidia contra feras invenerunt, a quibus mansuefacti et exculti a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. nam et auribus oblectatio magna parta est inventa et temperata varietate et natura sonorum, et astra suspeximus cum ea quae sunt infixa certis locis, tum illa non re sed vocabulo errantia, quorum conversiones omnisque motus qui animo vidit, is docuit similem animum suum eius esse, qui ea fabricatus esset in caelo.

61. Se porventura julgarmos haver no espírito determinado receptáculo em que são infundidas aquelas coisas de que nos recordamos, como em algum vaso? Isso, porém, é absurdo; pois como pode ser entendida essa infusão ou essa tal forma do espírito ou simplesmente esse tão grande receptáculo? E se julgarmos que o espírito é impresso como a cera e que a memória são os vestígios das coisas gravadas na mente? Essas podem ser os vestígios das palavras, podem ser os vestígios das próprias coisas, além disso, aquela tão desmedida grandeza que possa reproduzir aquelas coisas tão numerosas?

62. Como? Aquela força, que afinal investiga as coisas ocultas, que se diz invenção ou descoberta? Por acaso te parece que isso é gerado por esta natureza terrena, mortal e transitória? Ou quem por primeiro impôs os nomes a todas as coisas, fato que pareceu à sabedoria suprema de Pitágoras? Ou quem reuniu os homens dispersos e os chamou para a comunidade da vida, ou quem fixou, nas poucas notações das letras, os sons da voz, que pareciam infinitos, ou quem anotou os cursos, as precedências e os sistemas das estrelas errantes? Todos são grandes; são ainda superiores aqueles que descobriram os cereais, as vestimentas, as moradias, o cultivo da vida e a proteção contra as feras, pelos quais, tranquilizados e aperfeiçoados, temos derivado das ocupações indispensáveis para coisas mais nobres. Pois também para os ouvidos foi descoberto e aperfeiçoado um grande divertimento tanto pela variedade combinada como pela natureza dos sons, e temos contemplado os astros, tanto os que estão fixos em certos lugares como os que, não de fato, mas no modo de dizer, são errantes, cujas rotações circulares e todos os movimentos aquele que viu pelo espírito ensinou que seu espírito é semelhante ao daquele que os teria fabricado no céu.

[63] nam cum Archimedes lunae, solis, quinque errantium motus in sphaeram inligavit, effecit idem quod ille, qui in Timaeo mundum aedificavit, Platonis deus, ut tarditate et celeritate dissimillimos motus una regeret conversio. quod si in hoc mundo fieri sine deo non potest, ne in sphaera quidem eosdem motus Archimedes sine divino ingenio potuisset imitari.

XXVI.[64] Mihi vero ne haec quidem notiora et inlustriora carere vi divina videntur, ut ego aut poetam grave plenumque carmen sine caelesti aliquo mentis instinctu putem fundere, aut eloquentiam sine maiore quadam vi fluere abundantem sonantibus verbis uberibusque sententiis. philosophia vero, omnium mater artium, quid est aliud nisi, ut Plato, donum, ut ego, inventum deorum? haec nos primum ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam magnitudinemque animi erudivit, eademque ab animo tamquam ab oculis caliginem dispulit, ut omnia supera, infera, prima, ultima, media videremus.

63. Pois, quando Arquimedes interligou na esfera os movimentos da lua, do sol e dos cinco errantes, realizou a mesma coisa que aquele que, no *Timeu*, construiu o mundo, o deus de Platão, de modo que as rotações regessem ao mesmo tempo, pelo retardamento e pela aceleração, os tão díspares movimentos. Se isso não pode acontecer neste mundo sem um deus, muito menos na esfera celeste Arquimedes teria podido copiar os mesmos movimentos sem inspiração divina.

(XXVI) 64. Parece-me, porém, que nem mesmo esses fatos mais notáveis e ilustrativos dispensam a força divina, tanto que penso ou não poder um poeta elaborar um poema, sobretudo, profundo sem alguma inspiração celeste da mente, ou fluir, sem certa força maior, uma eloquência repleta de termos sonoros e de fecundas sentenças. Entretanto, o que é a Filosofia, a mãe de todas as artes, senão um dom, segundo Platão, um invento dos deuses, como penso? Essa primeiramente nos orientou para o culto deles, depois para o direito dos homens, que se situa na sociedade do gênero humano, em seguida para a modéstia e a grandeza do espírito, e a mesma dissipou a escuridão do espírito como dos olhos, para que víssemos todas as coisas superiores, inferiores, primeiras, últimas e médias.

[65] prorsus haec divina mihi videtur vis, quae tot res efficiat et tantas. quid est enim memoria rerum et verborum? quid porro inventio? profecto id, quo ne in deo quidem quicquam maius intellegi potest. non enim ambrosia deos aut nectare aut Iuventate pocula ministrante laetari arbitror, nec Homerum audio, qui Ganymeden ab dis raptum ait propter formam, ut Iovi bibere ministraret; non iusta causa, cur Laomedonti tanta fieret iniuria. fingebat haec Homerus et humana ad deos transferebat: divina mallem ad nos. quae autem divina? vigere, sapere, invenire, meminisse. ergo animus qui , ut ego dico, divinus est, ut Euripides dicere audet, deus. Et quidem, si deus aut anima aut ignis est, idem est animus hominis. nam ut illa natura caelestis et terra vacat et umore, sic utriusque harum rerum humanus animus est expers; sin autem est quinta quaedam natura, ab Aristotele inducta primum, haec et deorum est et animorum. Hanc nos sententiam secuti his ipsis verbis in Consolatione hoc expressimus:

65. Essa força me parece simplesmente divina, que realiza tantas e tão grandes coisas. O que são, pois, a memória das coisas e as palavras? Além disso, o que é a invenção? Verdadeiramente, aquilo em relação ao qual nada maior pode ser entendido mesmo em um deus. Pois não julgo que os deuses se alegram pela ambrosia ou pelo néctar ou pela (deusa) Juventude servindo os copos, nem ouço a Homero, que diz Ganimedes ter sido raptado pelos deuses por causa de sua beleza, para que servisse bebidas a Júpiter; não é motivo justo pelo qual se fizesse tamanha ofensa a Laomedonte[25]. Homero imaginava essas coisas e transferia aos deuses fatos humanos: para nós eu preferiria as coisas divinas. Mas que coisas divinas? Estar cheio de vida, ter discernimento, descobrir e recordar. Portanto, o espírito que, como eu digo, é divino, e como Eurípedes ousa afirmar, é deus. Portanto, se deus é ou alma ou fogo, o mesmo é o espírito do homem. Pois da mesma forma que aquela natureza celestial está livre da terra e do elemento líquido, assim também o espírito humano está isento de ambos; em caso contrário, há uma quinta natureza, primeiramente introduzida por Aristóteles, e esta é tanto dos deuses como dos espíritos. Seguimos essa proposição e, com estas mesmas palavras, temos expressado na *Consolação* o seguinte:

XXVII. [66] 'Animorum nulla in terris origo inveniri potest; nihil enim est in animis mixtum atque concretum aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur, nihil ne aut umidum quidem aut flabile aut igneum. his enim in naturis nihil inest, quod vim memoriae, mentis, cogitationis habeat, quod et praeterita teneat et futura provideat et complecti possit praesentia. quae sola divina sunt, nec invenietur umquam, unde ad hominem venire possint nisi a deo. singularis est igitur quaedam natura atque vis animi seiuncta ab his usitatis notisque naturis. ita, quicquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vivit, quod viget, caeleste et divinum ob eamque rem aeternum sit necesse est. nec vero deus ipse, qui intellegitur a nobis, alio modo intellegi potest nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens ipsaque praedita motu sempiterno. hoc e genere atque eadem e natura est humana mens.'

[67] Ubi igitur aut qualis est ista mens? – ubi tua aut qualis? potesne dicere? an, si omnia ad intellegendum non habeo quae habere vellem, ne iis quidem quae habeo mihi per te uti licebit? non valet tantum animus, ut se ipse videat, at ut oculus, sic animus se non videns, alia cernit. non videt autem, quod minimum est, formam suam (quamquam fortasse id quoque, sed relinquamus); vim certe, sagacitatem, memoriam, motum, celeritatem videt. haec magna, haec divina, haec sempiterna sunt; qua facie quidem sit aut ubi habitet, ne quaerendum quidem est.

(XXVII) 66. "Nenhuma origem dos espíritos pode ser encontrada na terra; pois, nada de composto e material existe nos espíritos ou que pareça ser plasmado ou nascido da terra, nada nem mesmo de líquido ou da natureza do ar ou de fogo. Porquanto, nesses elementos nada existe que tenha a força da memória, da mente e do pensamento, que tanto retenha as coisas passadas como preveja as futuras e possa compreender as presentes. Esses são só divinos, não será jamais encontrado de onde possam vir ao homem a não ser de deus. Portanto, cada natureza é única e a força do espírito distinta em relação a essas naturezas comuns e conhecidas. Em consequência, o que quer seja aquilo que sente, que conhece, que vive, que prospera, é necessário que, pelo mesmo motivo, seja eterno. Nem mesmo o próprio deus, que por nós é compreendido, pode ser compreendido de outro modo senão como determinada mente desembaraçada e livre, isenta de toda concreção mortal, tudo sentindo e tudo movendo e ela própria dotada de movimento sempiterno. Desse mesmo gênero e dessa natureza é a mente humana."

67. Onde está, pois, e de que natureza é essa mente? – Onde está a tua ou de que espécie é? Podes por acaso dizê-lo? Pois, se não chego a compreender tudo que quereria, nem ao menos me será permitido usar por ti o que consegui? O espírito só não consegue ver a si mesmo, mas como o olho, assim o espírito, não se vendo, distingue as outras coisas. Não vê, porém, sua forma, o que é o mínimo (embora talvez isso também, mas deixemos de lado); certamente vê a força, a sagacidade, a memória, o movimento e a rapidez. Essas coisas são grandes, são divinas e são sempiternas; como seria sua face ou onde resida nem sequer se deve procurar.

XXVIII. [68] Ut cum videmus speciem primum candoremque caeli, dein conversionis celeritatem tantam quantam cogitare non possumus, tum vicissitudines dierum ac noctium commutationesque temporum quadrupertitas ad maturitatem frugum et ad temperationem corporum aptas eorumque omnium moderatorem et ducem solem, lunamque adcretione et deminutione luminis quasi fastorum notantem et significantem dies, tum in eodem orbe in duodecim partes distributo, quinque stellas ferri eosdem cursus constantissime servantis disparibus inter se motibus, nocturnamque caeli formam undique sideribus ornatam, tum globum terrae eminentem e mari, fixum in medio mundi universi loco, duabus oris distantibus habitabilem et cultum, quarum altera, quam nos incolimus, Sub axe posita ad stellas septem, unde horrifer, Aquilonis stridor gelidas molitur nives, altera australis, ignota nobis, quam vocant Graeci **ajntiÃcqona**,

[69] ceteras partis incultas, quod aut frigore rigeant aut urantur calore; hic autem, ubi habitamus, non intermittit suo tempore Caelum nitescere, arbores frondescere, Vites laetificae pampinis pubescere, Rami bacarum ubertate incurvescere, Segetes largiri fruges, florere omnia, Fontes scatere, herbis prata convestirier, tum multitudinem pecudum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda, hominemque ipsum quasi contemplatorem caeli ac deorum cultorem atque hominis utilitati agros omnis et maria parentia –:

(XVIII) 68. Como quando vemos primeiramente o formato e o esplendor do céu, depois a tão grande rapidez do movimento dos astros, tamanha que não podemos pensar, em seguida as sucessões dos dias e das noites e as alterações dos tempos, divididas em quatro, adequadas para a maturação dos produtos da terra e para a constituição dos corpos, o sol, guia e moderador de tudo isso, e a lua pelo aumento ou pela diminuição da luminosidade como que marcando o calendário e indicando os dias; em seguida, no mesmo universo repartido em doze partes, trilham cinco estrelas, mantendo entre si, de modo absolutamente constante, os mesmos cursos em movimentos díspares, e a beleza noturna do céu, ornada de estrelas por todas as partes; depois o globo da terra elevando-se do mar, fixo em posição medial do mundo universo, habitável e cultivado em duas extremidades separadas, uma das quais nós habitamos, colocada sob o polo (norte) perto das sete estrelas, de onde o horroroso rugido do aquilão arrasta com dificuldade as neves gélidas, e a outra austral, por nós desconhecida, que os gregos denominam antichtona[26];

69. as outras partes não cultivadas, porque ou são rijas devido ao frio ou queimadas pelo calor; aqui, porém, onde moramos, o firmamento nunca deixa de resplandecer no tempo oportuno, as árvores se cobrem de folhas, as videiras portadoras de alegria cobrem-se de lanugem nos renovos, os ramos de azeitonas curvam-se devido à grande produtividade, as searas prodigalizam os grãos, tudo floresce, as fontes jorram, os prados revestem-se de vegetação, então vemos a multidão de animais domésticos, em parte para a alimentação, em parte para o cultivo dos campos, em parte para viajar, em parte para vestir o corpo, e o próprio homem como contemplador do céu e cultor dos deuses, e ainda todos os campos e os mares submissos à utilidade do homem –:

[70] haec igitur et alia innumerabilia cum cernimus, possumusne dubitare quin iis praesit aliquis vel effector, si haec nata sunt, ut Platoni videtur, vel, si semper fuerunt, ut Aristoteli placet, moderator tanti operis et muneris? sic mentem hominis, quamvis eam non videas, ut deum non vides, tamen, ut deum adgnoscis ex operibus eius, sic ex memoria rerum et inventione et celeritate motus omnique pulchritudine virtutis vim divinam mentis adgnoscito. XXIX. In quo igitur loco est? credo equidem in capite, et cur credam adferre possum. sed alias, ubi sit animus; certe quidem in te est. quae est ei natura? propria, puto, et sua. sed fac igneam, fac spirabilem: nihil ad id de quo agimus. illud modo videto, ut deum noris, etsi eius ignores et locum et faciem, sic animum tibi tuum notum esse oportere, etiamsi ignores et locum et formam.

[71] in animi autem cognitione dubitare non possumus, nisi plane in physicis plumbei sumus, quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex: quod cum ita sit, certe nec secerni, nec dividi, nec discerpi, nec distrahi potest, ne interire (quidem) igitur. est enim interitus quasi discessus et secretio ac diremptus earum partium, quae ante interitum iunctione aliqua tenebantur. His et talibus rationibus adductus Socrates nec patronum quaesivit ad iudicium capitis nec iudicibus supplex fuit adhibuitque liberam contumaciam a magnitudine animi ductam, non a superbia, et supremo vitae die de hoc ipso multa disseruit et paucis ante diebus, cum facile posset educi e custodia, noluit, et tum, paene in manu iam mortiferum illud tenens poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in caelum videretur escendere.

70. Quando vemos essas e outras inumeráveis coisas, poderíamos duvidar de que não haja alguém ou um realizador que as comande, caso tenham tido um começo, segundo o parecer de Platão, ou, se sempre existiram, como mais agrada a Aristóteles, um moderador de uma obra e de uma dádiva tão grandes? Desse modo, a mente do homem, embora não a vejas, como não vês a deus, contudo, da mesma forma que reconheces deus por suas obras, assim reconheça a força divina da mente através da memória das coisas e da descoberta e velocidade do movimento e de toda a beleza da virtude.

(XXIX) Assim pois, em que lugar está? Na verdade, creio que está na cabeça e por que o creio posso expressar. De outro modo, porém, onde estaria o espírito; certamente está em ti. Qual é sua natureza? Julgo-a característica e sua. Mas torna-a de fogo, torna-a aérea: nada para aquilo de que tratamos. Vê isso da mesma forma que conheces a deus, ainda que lhe desconheças a localização e a face, do mesmo modo é preciso que conheças teu espírito, embora ignores o local e a aparência dele.

71. A respeito do conhecimento do espírito, porém, não podemos duvidar, a não ser que sejamos broncos em ciências naturais, de que nada é misturado aos espíritos, nada têm de material, nada de acrescido, nada de aumentado, nada de duplo: e sendo assim, não pode o espírito ser separado nem dividido nem despedaçado nem rasgado nem, de fato, perecer. Pois o perecer é como que uma divisão, um rompimento e uma separação daquelas partes que, antes do perecer, eram mantidas por alguma juntura. Levado por essas e semelhantes razões, Sócrates não requereu um defensor em relação à sentença de morte nem suplicou aos juízes e usou a livre altivez, provinda da grandeza de espírito, não da soberba, e no derradeiro dia de vida comentou muitos aspectos desse mesmo assunto; e poucos dias antes, quando facilmente teria podido ser libertado da prisão, não o quis; e então, quase já segurando na mão aquela bebida mortífera, assim disse que parecia não ser arrastado para morte, mas subir ao céu.

XXX. [72] Ita enim censebat itaque disseruit, duas esse vias duplicesque cursus animorum e corpore excedentium: nam qui se humanis vitiis contaminavissent et se totos libidinibus dedissent, quibus caecati vel domesticis vitiis atque flagitiis se inquinavissent vel, re publica violanda, fraudes inexpiabiles concepissent, iis devium quoddam iter esse, seclusum a concilio deorum; qui autem se integros castosque servavissent, quibusque fuisset minima cum corporibus contagio seseque ab is semper sevocavissent essentque in corporibus humanis vitam imitati deorum, iis ad illos a quibus essent profecti reditum facilem patere.

[73] Itaque commemorat, ut cygni, qui non sine causa Apollini dicati sint, sed quod ab eo divinationem habere videantur, qua providentes quid in morte boni sit cum cantu et voluptate moriantur, sic omnibus bonis et doctis esse faciendum. (nec vero de hoc quisquam dubitare posset, nisi idem nobis accideret diligenter de animo cogitantibus, quod iis saepe usu venit, qui cum acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent; sic mentis acies se ipsa intuens non numquam hebescit, ob eamque causam contemplandi diligentiam amittimus. itaque dubitans, circumspectans, haesitans, multa adversa reverens tamquam in rate in mari inmenso nostra vehitur oratio).

(XXX) 72. Desse modo, pois, pensava e por isso expôs que existem dois caminhos e um andamento duplo dos espíritos que deixam o corpo: pois os que se tivessem contaminado com os vícios humanos e se tivessem dado inteiramente à devassidão, cegados por eles, ou se tivessem manchado pelos vícios pessoais e pela desonra, ou tivessem tramado fraudes imperdoáveis para prejudicar o Estado, para esses há certo caminho transviado, separado do convívio dos deuses; aqueles, porém, que se tivessem conservados íntegros e puros e para quem tivesse sido mínima a influência perniciosa dos corpos e sempre se afastaram dela e tivessem imitado a vida dos deuses, estando nos corpos humanos, para esses está aberta a volta fácil àqueles dos quais haviam saído.

73. Por isso recorda que, como os cisnes, que não sem motivo foram consagrados a Apolo, mas porque parecem ter recebido dele a adivinhação, pela qual preveem o que há de bom na morte, quando morrem com canto e satisfação, do mesmo modo deve ser feito a todos bons e a todos os sábios. (Disso, porém, não pode alguém duvidar, a não ser que o mesmo acontecesse a nós, que meditamos cuidadosamente sobre o espírito, isso muitas vezes sobrevém pelo exercício àqueles que, quando penetrantemente contemplam com os olhos o sol poente, perdem completamente a visão; assim a acuidade da mente, observando a si mesma, por vezes se enfraquece, pela mesma causa perdemos a aplicação de contemplar. Por isso, duvidando, olhando ao redor, hesitando e receando muitas adversidades, nossa palavra é levada como numa jangada no mar imenso.)

[74] sed haec et vetera et a Graecis; Cato autem sic abiit e vita, ut causam moriendi nactum se esse gauderet. vetat enim dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare; cum vero causam iustam deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, saepe multis, ne ille me Dius Fidius vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit, nec tamen ille vincla carceris ruperit – leges enim vetant –, sed tamquam a magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic a deo evocatus atque emissus exierit. Tota enim philosophorum vita, ut ait idem, commentatio mortis est.

XXXI. [75] nam quid aliud agimus, cum a voluptate, id est a corpore, cum a re familiari, quae est ministra et famula corporis, cum a re publica, cum a negotio omni sevocamus animum, quid, inquam, tum agimus nisi animum ad se ipsum advocamus, secum esse cogimus maximeque a corpore abducimus? secernere autem a corpore animum, nec quicquam aliud, est mori discere. quare hoc commentemur, mihi crede, disiungamusque nos a corporibus, id est consuescamus mori. hoc, et dum erimus in terris, erit illi caelesti vitae simile, et cum illuc ex his vinclis emissi feremur, minus tardabitur cursus animorum. nam qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur, ut ii qui ferro vincti multos annos fuerunt. quo cum venerimus, tum denique vivemus. nam haec quidem vita mors est, quam lamentari possem, si liberet.

74. Essas considerações, porém, são antigas e vêm dos gregos. Mas Catão deixou esta vida de tal modo que se sentia feliz por ter alcançado um motivo para morrer. Na verdade, aquele deus influente em nós proíbe que nós emigremos daqui sem sua permissão; mas quando o próprio deus tiver dado um motivo justo, antes a Sócrates e depois a Catão, frequentemente a muitos, nem aquele homem sábio, o Divo Fídio[27], passou alegre destas trevas para aquela luz, ainda que não rompesse as amarras da prisão – pois as leis proíbem – mas partiu, assim, chamado e solto por deus como por um magistrado ou por algum outro poder legítimo. Pois toda a vida dos filósofos, como diz o mesmo, é uma cuidadosa preparação para a morte.

(XXXI) 75. Contudo, o que de diferente fazemos quando afastamos o espírito do prazer, isto é, do corpo, quando o afastamos da família, que é auxiliar e serva do corpo, quando o afastamos do Estado e do trabalho, o que fazemos então – pergunto – a não ser reverter o espírito para si mesmo, obrigamo-lo a permanecer consigo mesmo e, principalmente, o afastamos do corpo? Separar, porém, o espírito do corpo, sem qualquer algo mais, é aprender a morrer. Pelo que, tenhamos isso na mente, crê em mim, desliguemo-nos dos corpos, ou seja, acostumemo-nos a morrer. E enquanto estivermos na terra, isso será semelhante à vida celestial, e quando formos levados daqui, livres dessas cadeias, menos será retardada a caminhada dos espíritos. Pois os que sempre estiveram nos grilhões do corpo, mesmo quando forem libertados, entram mais tarde, como os que estiveram a ferro por muitos anos. Quando lá chegarmos, então afinal viveremos. Pois na verdade a vida é morte, que eu poderia lamentar, caso tivesse vontade.

[76] Satis tu quidem in Consolatione es lamentatus; quam cum lego, nihil malo quam has res relinquere, his vero modo auditis, multo magis. Veniet tempus, et quidem celeriter, sive retractabis, sive properabis; volat enim aetas. tantum autem abest ab eo ut malum mors sit, quod tibi dudum videbatur, ut verear ne homini nihil sit non malum aliud certius, nihil bonum aliud potius, si quidem vel di ipsi vel cum dis futuri sumus. Quid refert? Adsunt enim, qui haec non probent. ego autem numquam ita te in hoc sermone dimittam, ulla uti ratione mors tibi videri malum possit. Qui potest, cum ista cognoverim?

[77] Qui possit, rogas? catervae veniunt contra dicentium, nec solum Epicureorum, quos equidem non despicio, sed nescio quo modo doctissimus quisque contemnit, acerrume autem deliciae meae Dicaearchus contra hanc inmortalitatem disseruit. is enim tris libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur quod Mytilenis sermo habetur, in quibus volt efficere animos esse mortalis. Stoici autem usuram nobis largiuntur tamquam cornicibus: diu mansuros aiunt animos, semper negant. XXXII. num non vis igitur audire, cur, etiamsi ita sit, mors tamen non sit in malis? Ut videtur, sed me nemo de inmortalitate depellet.

76. Realmente tu te lamentaste bastante na *Consolação*; quando a leio, nada desejo mais que abandonar essas coisas, mas muito mais depois de ouvi-las há pouco. Virá o tempo e até velozmente: ou recuarás ou te apressarás, pois a idade voa. Que a morte seja um mal, porém, está tão distante daquilo que te parecia há muito tempo, de modo que receio não haver para o homem nada de outro algo maléfico mais certo, preferentemente nenhum outro bem, se de fato haveremos ou de ser deuses nós mesmos ou de estar com os deuses. O que isso traz de novo? Entretanto, aí estão os que não aprovam essas ideias. Mas eu nunca te deixarei assim neste diálogo, de modo que, por alguma razão, a morte possa te parecer um mal. Quem tem influência, já que cheguei ao conhecimento dessas coisas?

77. Quem poderia, pedes? Vêm as multidões dos que afirmam o contrário, não apenas dos epicureus, os quais na verdade não desprezo, mas ignoro sob que aspecto alguém bem instruído os menospreze, mas o Dicearco de minhas delícias dissertou contra essa imortalidade de modo muito agudo. Porquanto ele escreveu três livros, denominados *Lésbios*, porque é tido como a exposição de Mitilene[28], nos quais quer provar que os espíritos são mortais. Entretanto, os estoicos nos prodigalizam o uso de algo como aos corneteiros: dizem que os espíritos permanecerão e sempre negam por muito tempo.

(XXXII) Por ventura não queres, por isso, ouvir por que, embora assim seja, a morte afinal não esteja entre os males? Como parece, mas a mim ninguém me dissuade a respeito da imortalidade.

[78] Laudo id quidem, etsi nihil nimis oportet confidere; movemur enim saepe aliquo acute concluso, labamus mutamusque sententiam clarioribus etiam in rebus; in his est enim aliqua obscuritas. id igitur si acciderit, simus armati. Sane quidem, sed ne accidat, providebo. Num quid igitur est causae, quin amicos nostros Stoicos dimittamus? eos dico, qui aiunt manere animos, cum e corpore excesserint, sed non semper. Istos vero qui, quod tota in hac causa difficillimum est, suscipiant, posse animum manere corpore vacantem, illud autem, quod non modo facile ad credendum est, sed eo concesso, quod volunt, consequens, id vero non dant, ut, cum diu permanserit, ne intereat.

[79] Bene reprehendis, et se isto modo res habet. credamus igitur Panaetio a Platone suo dissentienti? quem enim omnibus locis divinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum philosophorum appellat, huius hanc unam sententiam de inmortalitate animorum non probat. volt enim, quod nemo negat, quicquid natum sit interire; nasci autem animos, quod declaret eorum similitudo qui procreentur, quae etiam in ingeniis, non solum in corporibus appareat. alteram autem adfert rationem, nihil esse quod doleat, quin id aegrum esse quoque possit; quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum; dolere autem animos, ergo etiam interire.

78. De fato, exalto essa posição, ainda que convenha não ter confiança demais; pois somos movidos muitas vezes por algo elegantemente elaborado, vacilamos e alteramos a palavra até nos assuntos mais claros; pois mesmo nesses há alguma obscuridade. Caso isso de fato aconteça, estejamos preparados. Contudo, sem dúvida providenciarei para que isso não aconteça. Afinal, qual seria a causa pela qual não dispensemos nossos amigos estoicos? Refiro-me àqueles que dizem que os espíritos permanecem quando deixam o corpo, mas não para sempre. Refiro-me a esses que aceitam, o que é o mais difícil em toda esta questão, que o espírito pode permanecer sem corpo mas aquilo que nem mais nem menos é fácil de se acreditar, uma vez, porém, concedido o que querem, não aceitam o consequente, que o espírito não pereça, quando tiver permanecido por muito tempo.

79. Bem criticas, e o assunto é tratado desse modo. Por conseguinte, confiemos em Panécio ao discordar de seu Platão? Pois a esse, em todas as passagens, denomina o divino, o sapientíssimo, o venerabilíssimo, o Homero dos filósofos, dele não aprova essa única proposição sobre a imortalidade dos espíritos. Mas quer que pereça tudo aquilo que nasceu, o que ninguém nega; que os espíritos nasçam, o que torne conhecida a semelhança daqueles que os procriarem, semelhança que apareça também nas qualidades naturais e não apenas nos corpos. Todavia apresenta outra razão: nada existe que sofra que não possa também ficar doente; mas o que contrai uma doença, esse também haverá de perecer; pois os espíritos sofrem, logo, também morrem.

XXXIII. [80] haec refelli possunt: sunt enim ignorantis, cum de aeternitate animorum dicatur, de mente dici, quae omni turbido motu semper vacet, non de partibus iis, in quibus aegritudines, irae, libidinesque versentur, quas is, contra quem haec dicuntur, semotas a mente et disclusas putat. iam similitudo magis apparet in bestiis, quarum animi sunt rationis expertes; hominum autem similitudo in corporum figura magis exstat, et ipsi animi magni refert quali in corpore locati sint. multa enim e corpore existunt, quae acuant mentem, multa, quae obtundant. Aristoteles quidem ait omnis ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiorem esse non moleste feram. enumerat multos, idque quasi constet, rationem cur ita fiat adfert. quod si tanta vis est ad habitum mentis in iis quae gignuntur in corpore, ea sunt autem, quaecumque sunt, quae similitudinem faciant, nihil necessitatis adfert, cur nascantur animi, similitudo. omitto dissimilitudines.

[81] vellem adesse posset Panaetius – vixit cum Africano –, quaererem ex eo, cuius suorum similis fuisset Africani fratris nepos, facie vel patris, vita omnium perditorum ita similis, ut esset facile deterrimus; cuius etiam similis P.Crassi, et sapientis et eloquentis et primi hominis, nepos multorumque aliorum clarorum virorum, quos nihil attinet nominare, nepotes et filii. Sed quid agimus? oblitine sumus hoc nunc nobis esse propositum, cum satis de aeternitate dixissemus, ne si interirent quidem animi, quicquam mali esse in morte? Ego vero memineram, sed te de aeternitate dicentem aberrare a proposito facile patiebar.

(XXXIII) 80. Essas afirmações podem ser refutadas: pois são de quem ignora, quando se fala da eternidade dos espíritos, afirmar-se da mente que está sempre isenta de qualquer movimento desordenado, não daquelas partes nas quais se encontram habitualmente as enfermidades, as iras e os desejos, que aquele, contra o qual essas coisas são ditas, considera distantes e separados da mente. Já a semelhança aparece mais nos animais, cujas almas são desprovidas de razão; a semelhança dos homens, porém, subsiste mais na forma dos corpos e importa muito em qual corpo residem os próprios espíritos. Pois muitas coisas provêm do corpo, que aguçam a mente e outras muitas que a embotam. De fato, Aristóteles diz que todos os dotados de talento são melancólicos, como eu não me aborreço por ser mais inepto. Ele enumera muitos, e isso de algum modo é verdade, e fornece a razão pela qual assim aconteça. Porque se tão grande é a força junto à constituição da mente naquilo que é gerado no corpo, existe, porém, aquilo, seja o que for, que origina a semelhança, tal semelhança não traz nenhuma necessidade pela qual nasçam os espíritos. Não falo das dissimilitudes.

81. Gostaria que Panécio – que conviveu com o Africano – pudesse estar presente: perguntar-lhe-ia com quem dos seus o neto do irmão africano foi parecido, pela aparência, ou melhor, com o pai, a vida de todos os depravados é tão semelhante que seria facilmente o pior; o descendente de quem seria também semelhante a P. Crasso, sábio, eloquente e o melhor homem, e os filhos e netos de muitos outros homens ilustres, que não interessa nomear. Mas o que estamos fazendo? Esquecemo-nos de que este é nosso propósito, como se tivéssemos falado bastante sobre a eternidade, se porventura os espíritos morrem e se há algo de mal na morte? Eu, porém, me tinha lembrado, mas facilmente consenti que nos desgarrássemos do propósito, enquanto tu falavas sobre a eternidade.

XXXIV. [82] Video te alte spectare et velle in caelum migrare. spero fore ut contingat id nobis. sed fac, ut isti volunt, animos non remanere post mortem: video nos, si ita sit, privari spe beatioris vitae; mali vero quid adfert ista sententia? fac enim sic animum interire ut corpus: num igitur aliquis dolor aut omnino post mortem sensus in corpore est? nemo id quidem dicit, etsi Democritum insimulat Epicurus, Democritii negant. ne in animo quidem igitur sensus remanet; ipse enim nusquam est. ubi igitur malum est, quoniam nihil tertium est? an quod ipse animi discessus a corpore non fit sine dolore? ut credam ita esse, quam est id exiguum! sed falsum esse arbitror, et fit plerumque sine sensu, non numquam etiam cum voluptate, totumque hoc leve est, qualecumque est; fit enim ad punctum temporis.

[83] 'Illud angit vel potius excruciat, discessus ab omnibus iis quae sunt bona in vita'. vide ne 'a malis' dici verius possit. quid ego nunc lugeam vitam hominum? vere et iure possum; sed quid necesse est, cum id agam ne post mortem miseros nos putemus fore, etiam vitam efficere deplorando miseriorem? fecimus hoc in eo libro, in quo nosmet ipsos, quantum potuimus, consolati sumus. a malis igitur mors abducit, non a bonis, verum si quaerimus. et quidem hoc a Cyrenaico Hegesia sic copiose disputatur, ut is a rege Ptolomaeo prohibitus esse dicatur illa in scholis dicere, quod multi is auditis mortem sibi ipsi consciscerent.

(XXXIV) 82. Vejo que olhas para o alto e queres migrar para o céu. Tenho esperança de que isso nos venha a acontecer. Mas admite, segundo esses querem, que os espíritos não sobrevivem depois da morte: se assim for, vejo que somos privados da esperança de uma vida mais feliz; de fato, o que de mal traz essa afirmação? Admite realmente que o espírito perece como o corpo: assim pois há alguma dor ou simplesmente alguma sensação no corpo depois da morte? Ninguém na verdade o afirma, ainda que Epicuro acuse falsamente a Demócrito, cujos discípulos negam. Nem sequer a sensação, portanto, permanece no espírito, pois o mesmo não está em parte alguma. Sendo assim, onde está o mal, já que não há nenhum terceiro? Acaso porque a própria saída do espírito para fora do corpo não se faça sem dor? Para que eu creia ser assim, falta tão pouco! Contudo, julgo isso falso, e em geral acontece insensivelmente, por vezes até com prazer e tudo isso é suave, seja de que espécie for; pois acontece num instante.

83. "Isso angustia, ou melhor, tortura: o abandono de todas as coisas que são bens na vida." Vê que não é possível dizer-se de modo mais verdadeiro "dos males". Por que agora eu lamentaria a vida dos homens? Posso em verdade e com direito; mas por que é necessário, quando eu fizer isso, para que depois da morte não nos julguemos haver de ser míseros, tornar também a vida, pela lamentação, ainda mais mísera? Fizemos isso naquele livro em que nos consolamos a nós mesmos o quanto pudemos. Portanto, a morte nos livra dos males não das coisas boas, caso procuremos a verdade. De fato, isso foi discutido por Hegésias de Cirene[29] de modo tão convincente, que se afirma ter sido ele proibido, pelo rei Ptolomeu, de ensinar aquelas coisas nas escolas, porque muitos se suicidaram depois de terem ouvido sua exposição.

[84] Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Theombrotum est, quem ait, cum ei nihil accidisset adversi, e muro se in mare abiecisse, lecto Platonis libro. eius autem, quem dixi, Hegesiae liber est **:Apokarterwh**, quo a vita quidem per inediam discedens revocatur ab amicis; quibus respondens vitae humanae enumerat incommoda. possem idem facere, etsi minus quam ille, qui omnino vivere expedire nemini putat. mitto alios: etiamne nobis expedit? qui et domesticis et forensibus solaciis ornamentisque privati certe si ante occidissemus, mors nos a malis, non a bonis abstraxisset.

XXXV. [85] Sit igitur aliquis, qui nihil mali habeat, nullum a fortuna volnus acceperit: Metellus ille honoratis quattuor filiis aut quinquaginta Priamus, e quibus septemdecim iusta uxore natis; in utroque eandem habuit fortuna potestatem, sed usa in altero est: Metellum enim multi filii, filiae, nepotes, neptes in rogum inposuerunt, Priamum tanta progenie orbatum, cum in aram confugisset, hostilis manus interemit. hic si vivis filiis incolumi regno occidisset astante ope barbarica Tectis caelatis laqueatis, utrum tandem a bonis an a malis discessisset? tum profecto videretur a bonis. at certe ei melius evenisset nec tam flebiliter illa canerentur: 'Haec omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari, Iovis aram sanguine turpari.' quasi vero ista vi quicquam tum potuerit ei melius accidere! quodsi ante occidisset, talem eventum omnino amisisset; hoc autem tempore sensum amisit malorum.

84. Existe, é verdade, uma pequena composição poética de Calímaco[30] para o ambraciota Cleômbroto, que afirma ter esse se atirado da muralha ao mar, depois de ter lido o livro de Platão, porque nada de adverso lhe tinha acontecido. Contudo, o livro de Hegésias, que citei, é *Apokarteron*, no qual de fato, tentando ele acabar com a vida por meio da inanição, é dissuadido pelos amigos; em resposta a eles, enumera os incômodos da vida humana. Eu poderia fazer o mesmo, embora menos que aquele que julga que viver, de forma alguma, é conveniente a alguém. Deixo outros: acaso é conveniente também a nós? Pelo que, se tivéssemos sucumbido antes, com certeza privados dos consolos tanto domésticos como forenses e da honra, a morte nos teria afastado dos males, não das coisas boas.

(XXXV) 85. Assim pois, imaginemos alguém que nada tenha de mal, que não tenha recebido da sorte nenhum golpe: o conhecido Metelo com os honrados quatro filhos ou Príamo com cinquenta, dos quais dezessete com a esposa legítima; em ambos, a fortuna teve o mesmo poder, mas usou no outro: pois os muitos filhos, filhas, netos e netas colocaram a Metelo na pira funerária, e mão inimiga matou a Príamo, privado de tamanha descendência, quando se refugiou junto ao altar. Caso esse tivesse sucumbido com os filhos vivos e o reino preservado, com a abundância estrangeira presente nos tetos esculpidos e forrados, afinal ter-se-ia afastado das coisas boas ou dos males? Seguramente, no caso parece que das coisas boas. Por outro lado, certamente lhe teria acontecido algo melhor e não seria cantado, tão lastimosamente, o seguinte: "Vi tudo isso ser incendiado, a Príamo ser tirada a vida pela violência e pelo sangue ser maculado o altar de Júpiter." Como se algo melhor lhe pudesse então acontecer com essa violência! Se porém tivesse sucumbido antes, teria perdido completamente esse acontecimento; mas nesse instante perdeu a percepção dos males.

[86] Pompeio, nostro familiari, cum graviter aegrotaret Neapoli, melius est factum. coronati Neapolitani fuerunt, nimirum etiam Puteolani; volgo ex oppidis publice gratulabantur: ineptum sane negotium et Graeculum, sed tamen fortunatum. utrum igitur, si tum esset extinctus, a bonis rebus an a malis discessisset? certe a miseris. non enim cum socero bellum gessisset, non inparatus arma sumpsisset, non domum reliquisset, non ex Italia fugisset, non exercitu amisso nudus in servorum ferrum et manus incidisset, non liberi defleti, non fortunae omnes a victoribus possiderentur. qui, si mortem tum obisset, in amplissimis fortunis occidisset, is propagatione vitae quot, quantas, quam incredibilis hausit calamitates! XXXVI. haec morte effugiuntur, etiamsi non evenerunt, tamen, quia possunt evenire; sed homines ea sibi accidere posse non cogitant: Metelli sperat sibi quisque fortunam, proinde quasi aut plures fortunati sint quam infelices aut certi quicquam sit in rebus humanis aut sperare sit prudentius quam timere.

86. Aconteceu a Pompeu, nosso familiar, melhorar, quando ficou gravemente doente em Nápoles. Os napolitanos usaram as coroas de festa, sem dúvida também os puteolanos; em grande multidão, nas cidades, felicitavam-se publicamente: objeto sem dúvida inepto e também pequeno grego, mas ainda assim afortunado. Portanto, caso tivesse então morrido, teria abandonado as coisas boas ou as más? Certamente as más. Porque não teria feito a guerra com o sogro, não teria pegado em armas despreparado, não teria deixado a casa, não teria fugido da Itália, não teria, nu e perdido o exército, caído nas mãos dos escravos e sido acorrentado, os filhos não teriam chorado e todos os seus bens não teriam sido tomados pelos vencedores. Se tivesse morrido naquela ocasião, teria perecido com vastíssimos bens; com o prolongamento da vida, quantas, tamanhas e quão incríveis desgraças ele engoliu! (XXXVI) Essas coisas são evitadas pela morte, ainda que não tenham acontecido, na verdade porque podem acontecer. Contudo, os homens não pensam que elas lhes podem acontecer: cada um espera para si a fortuna de Metelo, por consequência, como se ou existisse maior número de afortunados que infelizes ou haja algo de certo nas condições humanas ou se esperar seja mais prudente que temer.

[87] Sed hoc ipsum concedatur, bonis rebus homines morte privari: ergo etiam carere mortuos vitae commodis idque esse miserum? certe ita dicant necesse est. an potest is, qui non est, re ulla carere? triste enim est nomen ipsum carendi, quia subicitur haec vis: habuit, non habet; desiderat requirit indiget. haec, opinor, incommoda sunt carentis: caret oculis, odiosa caecitas; liberis, orbitas. valet hoc in vivis, mortuorum autem non modo vitae commodis, sed ne vita quidem ipsa quisquam caret. de mortuis loquor, qui nulli sunt: nos, qui sumus, num aut cornibus caremus aut pinnis? ecquis id dixerit? certe nemo. quid ita? quia, cum id non habeas quod tibi nec usu nec natura sit aptum, non careas, etiamsi sentias te non habere.

87. Entretanto, conceda-se também isso, que os homens são privados das coisas boas pela morte: portanto, que os mortos também não dispõem das comodidades da vida e isso é ser misero? Certamente é inevitável que assim afirmem. Por acaso é possível que aquele que não existe sinta falta de alguma coisa? Pois a própria designação de "não ter'"é triste, porque lhe subjaz esta propriedade: teve, não tem; deseja, procura e sente falta. Estes são, em minha opinião, os incômodos de quem não tem: não tem visão, cegueira odiosa; não tem filhos, orfandade. Isso vale para os vivos, mas não apenas para as comodidades de vida dos mortos, pois não têm sequer a própria vida. Falo dos mortos, que não mais existem: nós, que existimos, por ventura sentimos falta de chifres ou de penas? Alguém teria dito isso? Ninguém, sem dúvida. Por que assim? Porque não sentes necessidade, quando não tens aquilo que não te seja adequado nem pelo uso nem pela natureza, embora percebas que o tens.

[88] hoc premendum etiam atque etiam est et urguendum confirmato illo, de quo, si mortales animi sunt, dubitare non possumus, quin tantus interitus in morte sit, ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur – hoc igitur probe stabilito et fixo illud excutiendum est, ut sciatur, quid sit carere, ne relinquatur aliquid erroris in verbo. carere igitur hoc significat: egere eo quod habere velis; inest enim velle in carendo, nisi cum sic tamquam in febri dicitur alia quadam notione verbi. dicitur enim alio modo etiam carere, cum aliquid non habeas et non habere te sentias, etiamsi id facile patiare. (ita) carere in morte non dicitur; nec enim esset dolendum; dicitur illud: 'bono carere', quod est malum. sed ne vivus quidem bono caret, si eo non indiget; sed in vivo intellegi tamen potest regno te carere – dici autem hoc in te satis subtiliter non potest; posset in Tarquinio, cum regno esset expulsus – : at in mortuo ne intellegi quidem. carere enim sentientis est; nec sensus in mortuo: ne carere quidem igitur in mortuo est.

XXXVII. [89] Quamquam quid opus est in hoc philosophari, cum rem non magnopere philosophia egere videamus? quotiens non modo ductores nostri, sed universi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrerunt! quae quidem si timeretur, non Lucius Brutus arcens eum reditu tyrannum, quem ipse expulerat, in proelio concidisset; non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent; non uno bello pro patria cadentis Scipiones Hispania vidisset, Paulum et Geminum Cannae, Venusia Marcellum, Litana Albinum, Lucani Gracchum. num quis horum miser hodie? ne tum quidem post spiritum extremum; nec enim potest esse miser quisquam, sensu perempto.

88. Sempre de novo é preciso insistir nisso e persistir, uma vez confirmado aquilo de que não podemos duvidar, se os espíritos são mortais, de que haja tamanha destruição na morte, de modo que não reste sequer um indício mínimo de percepção – então, depois de isso ter sido honestamente definido e fixado, deve ser excluído, para que se saiba o que seja "não ter" nem se deixe algo de errado na palavra. Portanto, "não ter" significa o seguinte: não dispor daquilo que queres ter; pois em "não ter"está implícito o querer, a não ser quando assim é dito, durante a febre, sob alguma outra acepção do termo. Contudo, "não ter" significa também outra coisa, quando não tens algo e percebes que não o tens, embora o suportes com facilidade. Desse modo, "não ter" na morte não cabe, pois nem seria doloroso; diz-se isto: "não ter o bem"– o que é um mal. Mas mesmo o vivo não tem o bem, se dele não precisa; mas no vivo é possível compreender-se que tu não tenhas o poder – isso, porém não pode ser dito de ti de modo suficientemente sutil; poder-se-ia de Tarquínio, quando foi despojado do poder – : mas no morto não se compreende. Portanto, "não ter" diz respeito a quem sente; e no morto não há sensações: por conseguinte, não há "não ter" no morto.

(XXXVII) 89. Ainda que exista alguma necessidade neste filosofar, por qual razão vemos o fato de não se necessitar tanto da filosofia? Quantas vezes não só nossos comandantes como também todos os exércitos avançaram para a morte indubitável! Se, porém, ela fosse temida, Lúcio Bruto[31] não teria tombado em combate, rechaçando na volta aquele tirano que ele mesmo havia expulsado; nem Décio[32], pai, lutando com os latinos, nem o filho, com os etruscos, nem o neto, com Pirro, se teriam exposto aos dardos dos inimigos; a Hispânia não teria visto os Cipiões tombando pela pátria em uma guerra, nem Canas a Paulo e Gêmino, nem Venúsia a Marcelo, nem a floresta de Litana a Albino, nem os lucanos ao Graco. Então, quem desses é mísero hoje? Nem mesmo então, depois do último suspiro; porque não pode alguém ser mísero, depois de perder a consciência.

[90] ‘At id ipsum odiosum est, sine sensu esse.’ Odiosum, si id esset carere. Cum vero perspicuum sit nihil posse in eo esse, qui ipse non sit, quid potest esse in eo odiosum, qui nec careat nec sentiat? Quamquam hoc quidem nimis saepe, sed eo, quod in hoc inest omnis animi constracto ex metu mortis. Qui enim satis viderit, id quod est luce clarius, animo et corpore consumpto totoque animante deleto et facto interitu universo illud animal, quod fuerit, factum esse nihil, is plane perspiciet inter Hippocentaurum, qui numquam fuerit, et regem Agamemnonem nihil interesse, nece pluris nunc facere M. Camillum hoc civile bellum, quam ego vivo illo fecerim Romam captam. Cur igitur et Camillus doleret, si haec post trecentos et quinquaginta fere annos eventura putaret, et ego doleam, si ad decem milia annorum gentem aliquam urbe nostra potituram putem? Quia tanta caritas partiae est, ut eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur.

90. Mas ao contrário, é odioso o próprio fato de ficar sem sensações. Odioso, se isso significasse "não ter". Mas porque é evidente que nada há naquele que nem mesmo existe, o que pode ser odioso naquele que não tem necessidades nem nada sinta? Embora isso de fato seja por demais frequente, mas isso existe, deve-se àquilo que é amontoado pelo medo da morte de qualquer espírito. Pois quem enxergar o bastante aquilo que é mais claro que a luz, que, tendo sucumbido o espírito e o corpo, destruído todo princípio vital e concretizada a destruição universal, aquele ser vivo, que existiu, foi reduzido a nada, esse com certeza reconhecerá claramente que nada há entre o Hipocentauro, que nunca teria existido, e o rei Agamêmnon; que Marco Camilo faria agora essa guerra civil de maior valor do que a morte violenta e do que eu, estivesse ele vivo, por maior valor faria Roma subjugada. Sem dúvida por que tanto Camilo se afligiria, caso julgasse que tais eventos haveriam de acontecer depois [33]de quase trezentos e cinquenta anos, como eu sofreria se eu julgasse que algum povo virá a se apoderar de nossa cidade dentro de dez mil anos? Porque tão grande é o amor pela pátria que não o medimos por nosso sentimento, mas pelo bem-estar dela.

XXXVIII. [91] Itaque non deterret sapientem mors, quae propter incertos casus cotidie imminet, propter brevitatem vitae numquam potest longe abesse, quo minus in omne tempus rei p. suisque consulat, cum posteritatem ipsam, cuius sensum habiturus non sit, ad se putet pertinere. quare licet etiam mortalem esse animum iudicantem aeterna moliri, non gloriae cupiditate, quam sensurus non sis, sed virtutis,quam necessario gloria, etiamsi tu id non agas, consequatur. Natura vero <si> se sic habet, ut, quo modo initium nobis rerum omnium ortus noster adferat, sic exitum mors, ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinebit. in quo quid potest esse mali, cum mors nec ad vivos pertineat nec ad mortuos?

[92] alteri nulli sunt, alteros non attinget. quam qui leviorem faciunt, somni simillimam volunt esse: quasi vero quisquam ita nonaginta annos velit vivere, ut, cum saxaginta confecerit, reliquos dormiat; ne sui quidem id velint, non modo ipse. Endymion vero, si fabulas audire volumus, ut nescio quando in Latmo obdormivit, qui est mons Cariae, nondum, opinor, est experrectus. num igitur eum curare censes, cum Luna laboret, a qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur? quid curet autem, qui ne sentit quidem? habes somnum imaginem mortis eamque cotidie induis: et dubitas quin sansus in morte nullus sit, cum in eius simulacro videas esse nullum sensum?

(XXXVIII) 91. Por conseguinte, a morte não atemoriza o sábio, a qual está diariamente iminente por circunstâncias imprevisíveis, por causa da brevidade da vida nunca pode estar muito distante; pelo que cuide menos da coisa pública e dos seus por todo tempo, sempre que julgar que lhe diga respeito a própria posteridade, da qual não terá percepção. Por isso é de direito também que o espírito mortal julgador se empenhe pelas coisas eternas, não pela cupidez de glória, da qual não terás percepção, mas de virtude, a qual é necessariamente acompanhada pela glória, ainda que tu não a intentes. Mas a natureza assim se comporta: do mesmo modo que nosso nascimento nos traz o início de tudo, igualmente a morte, o fim, tanto que nada nos pertenceu antes do nascimento como nada nos pertencerá depois da morte. O que pode haver de mal nisso, já que a morte não é conveniente nem aos vivos nem aos mortos?

92. Uns são ninguém, a outros não atingirá; os que a tornam mais suave, a querem o mais semelhante possível ao sono: como se realmente alguém quisesse viver por noventa anos, de modo que, quando tiver completado sessenta, durma os restantes; na verdade nem os seus quereriam isso, nem mesmo ele próprio. Endímion[34], por exemplo, caso queiramos ouvir histórias, como não sei quando adormeceu no Latmo, que é um monte da Cária, penso que ainda não despertou. Pois realmente pensas que cuidava dele, quando a lua se esforçava, julgando estar ele adormecido, para beijá-lo enquanto dormia? Pois de que cuida quem nem sequer é capaz de sentir? Tens o sono como a imagem da morte e a assumes todos os dias: e tens dúvida de que na morte não há sentido algum, porque vês não haver nenhum sentido na sua imagem?

XXXIX. [93] Pellantur ergo istae ineptiae paene aniles, ante tempus mori miserum esse. quod tandem tempus? naturaene? at ea quidem dedit usuram tamquam pecuniae nalla praestituta die.quid est igitur quod querare, si repetit,cum volt? ea enim condicione acceperas. Idem, si puer parvus occidit, aequo animo ferendum putant, si vero in cunis, ne querendum quidem. atqui ab hoc acerbius exegit natura quod dederat. 'nondum gustaverat', inquit, 'vitae suavitatem; hic autem iam sperabat magna, quibus frui coeperat.' at id quidem in ceteris rebus melius putatur, aliquam partem quam nullam attingere: cur in vita secus? (quamquam non male ait Callimachus multo saepius lacrimasse Priamum quam Troilum). eorum autem,qui exacta aetate moriuntur,fortuna laudatur.

[94] cur? nam, reor, nullis, si vita longior daretur, posset esse iucundior; nihil enim est profecto homini prudentia dulcius,quam, ut cetera auferat, adfert certe senectus. Quae vero aetas longa est, aut quid omnino homini longum? nonne Modo pueros,modo adulescentes in cursu a tergo insequens Nec opinantis adsecuta est senectus? sed quia ultra nihil habemus, hoc longum dicimus. Omnia ista, perinde ut cuique data sunt pro rata parte, ita aut longa aut brevia dicuntur. apud Hypanim fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. ex his igitur hora VIII quae mortua est, provecta aetate mortua est; quae vero occidente sole, decrepita, eo magis, si etiam solstitiali die. confer nostram longissimam aetatem cum aeternitate: in eodem propemodum brevitate qua illae bestiolae reperiemur.

(XXXIX) 93. Por conseguinte, sejam repelidas essas frivolidades quase senis, de que é mísero morrer antes do tempo. Afinal, que tempo? O da natureza? Por outro lado, ela de fato deu a faculdade de usá-lo como do dinheiro sem nenhum dia preestabelecido. Que há então para lamentar, caso o peça de volta, quando quiser? Pois o tinhas recebido sob essa condição. Da mesma forma, caso morra uma criança pequena, julgam dever suportar resignadamente, mas se morrer no berço, nem mesmo é lamentável. E desse a natureza exige mais prematuramente o que tinha dado. '"inda não tinha degustado" – diz – "a suavidade da vida; pois já tinha esperança de grandes coisas, das quais começara a usufruir."Por outra, isso é considerado melhor nos outros aspectos, como chegar a alguma parte do que a nenhuma: por que de modo diferente na vida? (Embora Calímaco não diga mal que Príamo chorou muito mais vezes que Tróilo[35].) Louva-se, porém, a sorte daqueles que morrem na idade bem medida.

94. Por quê? Considero de fato que, caso se desse uma vida mais longa, ela não seria mais feliz para ninguém; pois nada é realmente mais satisfatório ao homem do que a prudência, a qual a velhice certamente traz, enquanto tira o resto. Mas qual é a vida longa, ou simplesmente o que é longo para o homem? Por ventura a maturidade não alcança ora os meninos ora os adolescentes, ainda sem terem uma opinião, seguindo-os por trás em sua marcha? Porque nada temos além disso, dizemos que é longo. Tudo isso, tanto que é dado a cada um como parte fixa, é dito longo ou breve. Junto ao rio Hípanis, que do lado da Europa desemboca no Ponto, Aristóteles diz que nascem certos animaizinhos que vivem um dia. Desses, o que morreu por volta da oitava hora, morreu com idade avançada, mas morreu decrépito, se for no ocaso e tanto mais se for no dia do solstício[36]. Compare nossa muito longa idade com a eternidade: encontrar-nos-emos quase na mesma brevidade que aqueles animaizinhos.

XL. [95] Contemnamus igitur omnis ineptias – quod enim levius huic levitati nomen inponam? – totamque vim bene vivendi in animi robore ac magnitudine et in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia et in omni virtute ponamus. nam nunc quidem cogitationibus mollissimis effeminamur, ut, si ante mors adventet quam Chaldaeorum promissa consecuti sumus, spoliati magnis quibusdam bonis, inlusi destitutique videamur.

[96] quodsi expectando et desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur, pro di immortales, quam illud iter iucundum esse debet, quo confecto nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura sit! quam me delectat Theramenes! quam elato animo est! etsi enim flemus, cum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur: qui cum coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret, quo sonitu reddito adridens 'popino' inquit 'hoc pulchro Critiae', qui in eum fuerat taeterrimus. Graeci enim <in> conviviis solent nominare, cui poculum traditури sint. lusit vir egregius extremo spiritu, cum iam praecordiis conceptam mortem contineret, vereque ei, cui venenum praebiberat, mortem eam est auguratus, quae brevi consecuta est.

(XL) 95. Por isso, deixemos de lado todas as impertinências – que nome mais brando imporei eu a essa frivolidade? – e coloquemos toda a força de viver bem no vigor e na grandeza do espírito, no desprezo e no desdém de todas as coisas humanas e em toda a virtude. Pois, de fato, agora nos relaxamos com pensamentos muito aprazíveis, tanto que, caso a morte chegue rapidamente antes que tenhamos alcançado as promessas dos caldeus[37], nos vejamos enganados, desprovidos e espoliados de alguns grandes bens.

96. Daí, pela expectativa e pelo desejo, caso estejamos perplexos quanto aos espíritos, nos torturamos e nos angustiamos – ah! deuses imortais – como deve ser agradável aquele caminho, percorrido o qual não haverá nenhum outro cuidado e nenhuma preocupação! Quanto me entusiasma Terâmenes![38] Que espírito nobre! Pois, embora lamentemos quando lemos, de fato o ilustre homem não morreu miseravelmente: quando, atirado no cárcere por ordem dos trinta tiranos, teria bebido o veneno como se estivesse com muita sede, da taça jogou o resto, de modo que fizesse barulho; tendo conseguido esse barulho, disse sorrindo: "Bebo à saúde desse formoso Critias" – que fora extremamente odioso para com ele. Pois os gregos costumam chamar pelo nome aquele a quem entregarão a taça. Esse homem singular jogou com espírito finíssimo, quando já tinha no coração a morte iminente e de fato previu àquele, a quem antecipadamente bebia, o tipo de morte que em breve sobreviria[39].

[97] Quis hanc maximi animi aequitatem in ipsa morte laudaret, si mortem malum iudicaret? vadit enim in eundem carcerem atque in eundem paucis post annis scyphum Socrates, eodem scelere iudicum quo tyrannorum Theramenes. quae est igitur eius oratio, qua facit eum Plato usum apud iudices iam morte multatum? XLI. 'Magna me' inquit 'spes tenet, iudices, bene mihi evenire, quod mittar ad mortem. necesse est enim sit alterum de duobus, ut aut sensus omnino omnes mors auferat aut in alium quendam locum ex his locis migretur. quam ob rem, sive sensus extinguitur morsque ei somno similis est, qui non numquam etiam sine vicis somniorum placatissimam quietem adfert, di boni, quid lucri est emori! aut quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur! cui si similis est perpetuitas omnis consequentis temporis, quis me beatior?

[98] sin vera sunt quae dicuntur, migrationem esse mortem in eas oras, quas qui e vita excesserunt incolunt, id multo iam beatius est. tene, cum ab is, qui se iudicum numero haberi volunt, evaseris, ad eos venire, qui vere iudices appellentur, Minoem Rhadamanthum Aeacum Triptolemum, convenireque eos qui iuste <et> cum fide vixerint – haec peregrinatio mediocris vobis videri potest? ut vero conloqui cum Orpheo Musaeo Homero Hesiodo liceat, quanti tandem aestimatis? equidem saepe emori, si fieri posset, vellem, ut ea quae dico mihi liceret invisere. quanta delectatione autem adficerer, cum Palamedem, cum Aiacem, cum alios iudicio iniquo circumventos convenirem! temptarem etiam summi regis, qui maximas copias duxit ad Troiam, et Ulixi Sisyphique prudentiam, nec ob eam rem, cum haec exquirerem sicut hic faciebam, capite damnarer. – Ne vos quidem, iudices i qui me absolvistis, mortem timueritis.

97. Quem haveria de enaltecer essa tranquilidade de um espírito superior na própria morte, se considerasse a morte um mal? Sócrates vai, poucos anos depois, para o mesmo cárcere e para a mesma taça pelo mesmo crime dos juízes pelo qual Terâmenes foi pelo dos tiranos. Nessas circunstâncias, quais foram suas palavras usadas com Platão, perante os juízes, já condenado à morte? (XLI) "Uma grande esperança me sustenta" – diz – "de que me sairei bem ao ser mandado para a morte. Pois necessariamente há de duas uma: que ou a morte apague completamente todos os sentidos ou que emigre desses lugares para algum outro. Por esse motivo, ou a sensibilidade se extingue ou a morte para ela é semelhante ao sono, que às vezes traz, também sem as visões dos sonhos, uma tranquilidade muito serena. Bons deuses!, quanto proveito há em morrer! Ou quantos dias podem ser imaginados que se anteponham a tal noite! Se a perenidade de todo o tempo subsequente for semelhante a ela, quem será mais feliz que eu?

98. Mas se for verdadeiro o que dizem que a morte é a migração para aquelas regiões, que são habitadas por aqueles que deixaram a vida, isso já é muito mais gratificante. Observe, quando te tiveres afastado daqueles que querem ser incluídos no número dos juízes e chegado àqueles que verdadeiramente são ditos juízes, Minos[40], Radamanto, Éaco e Triptólemo, e ir ter com os que tiverem vivido justa e fielmente – essa peregrinação pode vos parecer de pouca importância? Para que se possa, porém, dialogar com Orfeu, Museu, Homero e Hesíodo, quanto julgais que vale? Sem dúvida quereria morrer muitas vezes, caso pudesse fazê-lo, para que me fosse concedido contemplar o que estou dizendo. De quão grande satisfação seria eu possuído, quando me juntasse a Palamedes[41], a Ajax e a outros cercados por julgamento iníquo. Buscaria também a prudência do rei supremo, que conduziu a Troia as maiores tropas, de Ulisses e de Sísifo[42], nem por isso seria condenado à morte, quando indagasse essas coisas como eu fazia aqui. – Na verdade, nem mesmo vós, juízes que me absolveram, haveríeis de temer a morte.

[99] nec enim cuiquam bono mali quicquam evenire potest nec vivo nec mortuo, nec umquam eius res a dis inmortalibus neglegentur, nec mihi ipsi hoc accidit fortuito. nec vero ego is, a quibus accusatus aut a quibus condemnatus sum, habeo quod suscenseam, nisi quod mihi nocere se crediderunt.' et haec quidem hoc modo; nihil autem melius extremo: 'sed tempus est' inquit 'iam hinc abire, me, ut moriar, vos, ut vitam agatis. utrum autem sit melius, dii inmortales sciunt, hominem quidem scire arbitror neminem.' XLII. Ne ego haud paulo hunc animum malim quam eorum omnium fortunas, qui de hoc iudicaverunt. etsi, quod praeter deos negat scire quemquam, id scit ipse utrum sit melius – nam dixit ante –, sed suum illud, nihil ut adfirmet, tenet ad extemum;

[100] nos autem teneamus, ut nihil censeamus esse malum, quod sit a natura datum omnibus, intellegamusque, si mors malum sit, esse sempiternum malum. nam vitae miserae mors finis esse videtur; mors si est misera, finis esse nullus potest. Sed quid ego Socratem aut Theramenem, praestantis viros virtutis et sapientiae gloria, commemoro, cum Lacedaemonius quidam, cuius ne nomen quidem proditum est, mortem tantopere contempserit, ut, cum ad eam duceretur damnatus ab ephoris et esset voltu hilari atque laeto dixissetque ei quidam inimicus: 'contemnisne leges Lycurgi?', responderit: 'ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea poena multaverit, quam sine mutuatione et sine versura possem dissolvere.' o virum Sparta dignum! ut mihi quidem, qui tam magno animo fuerit, innocens damnatus esse videatur. talis innumerabilis nostra civitas tulit.

99. Pois não pode acontecer algo de mal a alguém bom, nem vivo nem morto, nem os interesses dele são jamais descuidados pelos deuses imortais, nem a mim mesmo isso acontece por acaso. Realmente não tenho o que censurar àqueles pelos quais fui acusado ou pelos quais fui condenado, a não ser o fato de suporem que me prejudicaram." E isso realmente aconteceu desse modo; nada, porém, é melhor que o fim: "Mas está na hora" – diz ele – "de sair daqui, para mim, que eu morra, para vós, que trateis da vida. Qual das duas alternativas seja a melhor, sabem-no os deuses imortais, realmente penso que homem nenhum sabe." (XLII) Eu preferiria muito mais esse espírito do que as fortunas de todos os que fizeram seu julgamento, ainda que, por negar que alguém o saiba além dos deuses, ele mesmo saiba qual é alternativa melhor – pois o disse anteriormente – mas a sua refere-se ao fim, de modo a não afirmar nada.

100. Sustentemos, porém, que nada consideramos ser um mal, que tenha sido dado a todos pela natureza e compreendamos que, se a morte fosse um mal, seria um mal perene. Ora, a morte parece ser o fim de uma vida mísera; se a morte é mísera, o fim pode ser de nenhum valor. Mas por que relembro Sócrates ou Terâmenes, homens eminentes pela glória da virtude e da sabedoria, quando certo lacedemônio, do qual nem mesmo o nome foi registrado, teria desprezado tanto a morte que, quando era levado a ela condenado pelos éforos e estivesse com o rosto alegre e sorridente, certo inimigo lhe teria dito: "Por acaso desprezas as leis de Licurgo?" – teria respondido: "Eu lhe devo o maior agradecimento, como a quem me puniu com essa pena da qual eu poderia desobrigar-me sem empréstimo e sem o respectivo pagamento." Ó homem digno de Esparta! De fato que a mim pareça inocente ter sido condenado quem tenha sido tão grande de espírito. Nossa sociedade levou inumeráveis outros assim.

[101] sed quid duces et principes nominem, cum legiones scribat Cato saepe alacris in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur? pari animo Lacedaemonii in Thermopylis occiderunt, in quos Simonides: 'Dic, hospes, Spartae nos te hic vidisse iacentis, Dum sanctis patriae legibus obsequimur.' quid ille dux Leonidas dicit? 'pergite animo forti, Lacedaemonii, hodie apud inferos fortasse cenabimus.' fuit haec gens fortis, dum Lycurgi leges vigebant. e quibus unus, cum Perses hostis in conloquio dixisset glorians: 'solem prae iaculorum multitudine et sagittarum non videbitis', 'in umbra igitur' inquit 'pugnabimus.'

[102] viros commemoro: qualis tandem Lacaena? quae cum filium in proelium misisset et interfectum audisset,'idcirco' inquit 'genueram, ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere'. XLIII. Esto: fortes et duri Spartiatae; magnam habet vim rei p. disciplina. quid? Cyrenaeum Theodorum, philosophum non ignobilem, nonne miramur? cui cum Lysimachus rex crucem minaretur,'istis, quaeso' inquit 'ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putescat.' Cuius hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimem, rem non difficilem, is praesertim cognitis, quae de nihil sentiendo paulo ante dicta sunt. de qua Socrates quidem quid senserit, apparet in eo libro in quo moritur, de quo iam tam multa diximus.

101. Mas por que nomearia eu generais e príncipes, quando Catão descreve legiões cheias de entusiasmo partindo para o lugar de onde não julgassem que haveriam de voltar? Com disposição igual os lacedemônios tombaram nas Termópilas, aos quais diz Simônides: "Viajante, dize em Esparta que nós, caídos, te vimos aqui, enquanto cumprimos as sagradas leis da pátria." O que diz o conhecido general Leônidas? "Continuai com espírito corajoso, lacedemônios, talvez hoje haveremos de jantar com os deuses infernais." Esse povo foi forte, no tempo em que as leis de Licurgo estavam em vigor. Um deles, quando um inimigo persa teria dito, vangloriando-se: "Não vereis o sol por causa da multidão de dardos e de flechas", respondeu: "Nessas circunstâncias lutaremos na sombra."

102. Evoco personagens: Por fim, da qualidade de Lacena[43]? Quando ela ouviu que o filho, que enviara para a guerra, estava morto, disse: "Para isso eu o tinha gerado, para que fosse alguém que não hesitasse em enfrentar a morte pela pátria." (XLIII) Considere: os corajosos e duros espartanos; a disciplina do Estado tem uma grande força. Por quê? Não temos admiração por Teodoro de Cirene[44], filósofo não desconhecido? Como o rei Lisímaco o ameaçasse com a cruz, disse: "Se te apraz, ameaça estas coisas horríveis a estes purpurados teus, realmente nada disso diz respeito a Teodoro, mas de fato que se decomponha em solo elevado."Com essa declaração dele quero lembrar que considero que eu deva dizer algo também sobre o enterro e sobre a sepultura, algo não difícil, sobretudo depois de conhecido aquilo que foi dito pouco antes da inexistência de qualquer sensação. O que Sócrates de fato pensava sobre isso, está no livro em que se narra sua morte, e a respeito do qual já dissemos tantas coisas.

[103] cum enim de inmortalitate animorum disputavisset et iam moriendi tempus urgeret, rogatus a Critone, quem ad modum sepeliri vellet, ‘multam vero’ inquit ‘operam, amici, frustra consumpsi; Critoni enim nostro non persuasi me hinc avolaturum neque mei quicquam relicturum. verum tamen, Crito, si me adsequi potueris aut sicubi nanctus eris, ut tibi videbitur, sepelito. sed, mihi crede, nemo me vestrum, cum hinc excessero, consequetur.’ praeclare is quidem, qui et amico permiserit et se ostenderit de hoc toto genere nihil laborare.

[104] durior Diogenes, et is quidem eadem sentiens, sed ut Cynicus asperius: proici se iussit inhumatum. tum amici: ‘volucribusne et feris?’ ‘minime vero’ inquit, ‘sed bacillum propter me, quo abigam, ponitote.’ ‘qui poteris?’ illi, ‘non enim senties.’ ‘quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?’ praeclare Anaxagras, qui cum Lampsaci moreretur, quaerentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, auferri, ‘nihil necesse est’ inquit, ‘undique enim ad inferos tantundem viae est.’ totaque de ratione humationis unum tenendum est, ad corpus illam pertinere, sive occiderit animus sive vigeat. in corpore autem perspicuum est vel extincto animo vel elapso nullum residere sensum.

103. Pois, após ter discutido sobre a imortalidade dos espíritos e estar iminente a hora de morrer, interrogado por Críton de que modo gostaria de ser enterrado, diz: "Empreguei em vão, amigos, muito esforço, pois não convenci nosso Críton de que eu voaria para longe daqui e não deixaria nada de meu. Sendo assim, Críton, caso possas conseguir isso ou obter em algum lugar, como te parecer, sepulta-me. Contudo, crê em mim, nenhum dentre vós me acompanhará, quando eu me for daqui." Muito claramente, na verdade, ele que tanto deu autorização ao amigo como demonstrou não se preocupar absolutamente com todo esse gênero de problema.

104. Diógenes[45] foi mais severo e certamente pensava do mesmo modo, mas, como cínico, foi mais áspero: mandou que o jogassem fora insepulto. Então os amigos: "Às aves e às feras?" "De forma alguma" – disse ele – "mas colocai ao meu lado uma varinha, com a qual eu as enxote." E eles:"'Como conseguirás? Pois estarás inconsciente." "Que dano me causará então a mordida das feras, a mim não sentindo nada?" Bem claramente também Anaxágoras, quando vivia em Lâmpsaco[46] sendo perguntado pelos amigos se queria ser levado para a pátria Clazômenas, caso algo acontecesse, diz: "Nada é necessário, pois por toda parte existe tão grande quantidade de caminhos para as regiões inferiores." De todas as considerações sobre o sepultamento, um ponto deve ser destacado, que ele diz respeito ao corpo, quer o espírito pereça quer sobreviva. Mas é evidente que no corpo não existe nenhuma sensibilidade depois que o espírito se extinguiu ou desapareceu.

XLIV. [105] Sed plena errorum sunt omnia. trahit Hectorem ad currum religatum Achilles: lacerari eum et sentire, credo, putat. ergo hic ulciscitur, ut quidem sibi videtur; at illa sicut acerbissimam rem maeret: 'Vidi, videre quod me passa aegerrume, Hectorem curru quadriiugo raptarier.' quem Hectorem, aut quam diu ille erit Hector? melius Accius et aliquando sapiens Achilles: 'Immo enimvero corpus Priamo reddidi, Hectora abstuli.' non igitur Hectora traxisti, sed corpus quod fuerat Hectoris.

[106] ecce alius exoritur e terra, qui matrem dormire non sinat: 'Mater, te appello, tu, quae curam somno suspensam levas, Neque te mei miseret, surge et sepeli natum –!' haec cum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris maestitiam inferant, concinuntur, difficile est non eos qui inhumati sint miseros iudicare. 'prius quam ferae volucresque –' metuit, ne laceratis membris minus bene utatur; ne combustis, non extimescit. 'Neu reliquias semesas sireis denudatis ossibus Per terram sanie delibutas foede divexarier –' non intellego, quid metuat, cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Tenendum est igitur nihil curandum esse post mortem, cum multi inimicos etiam mortuos poeniuntur. exsecratur luculentis sane versibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus: durum hoc sane; talis enim interitus non est sine gravi sensu; illa inania: 'Ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus, Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie et sanguine atro –'

(XLIV) 105. Tudo, porém está cheio de erros. Aquiles arrasta Heitor amarrado ao carro: creio que pensa dilacerá-lo e fazê-lo sofrer. Portanto, ele aqui se vinga, ao menos assim lhe parece; ao contrário, deplora aquelas palavras como algo muito cruel: "Vi, ver que me fez sofrer acerbamente, que arrastava Heitor com as quadriga." A esse Heitor, ou por quanto tempo ele será Heitor? Mais convenientemente, Ácio e o por vezes sábio Aquiles: "Efetivamente, até entreguei o corpo a Príamo, destruí Heitor." De fato não arrastaste Heitor, mas o corpo que fora de Heitor.

106. Eis um outro que surge da terra e não deixa a mãe dormir: "Mãe, suplico-te, tu, que alivias a inquietação pendente pelo sono, nem de mim te compadeces, levanta-te e sepulta o filho...!" Quando isso é cantado em coro, em cadências lentas e lastimosas, que incutam tristeza na plateia inteira, não é difícil considerar míseros os que não tenham sido enterrados. "Antes que as feras e as aves..." receia que se tratem menos bem os membros dilacerados e que se assombre com os queimados. "Nem pela terra espalharei com vassouras os restos semidevorados, horrendamente impregnados de pus, com ossos descarnados..." não atino com o que receie, já que fundamenta na flauta[47], tão bons versos septenários. Portanto, deve-se sustentar que nada há com que se preocupar depois da morte, uma vez que muitos se vingam dos inimigos mesmo mortos. Tiestes[48] é execrado em Ênio com versos realmente magníficos, principalmente que Atreu pereça num naufrágio: isso sem dúvida é duro. Contudo, essa morte não deixa de ter uma significação profunda. Aquela inutilidade: "O próprio, pregado aos mais altos e ásperos rochedos, com as entranhas rasgadas, pendurado pelo tronco, cobrindo as pedras com podridão, pus e sangue negro..."

[107] non ipsa saxa magis sensu omni vacabunt quam ille ‘latere pendens’, cui se hic cruciatum censet optare. quae essent dura, si sentiret, <sunt> nulla sine sensu. illud vero perquam inane: ‘Neque sepulcrum, quo recipiat, habeat, portum corporis, Ubi remissa humana vita corpus requiescat malis.’ vides, quanto haec in errore versentur: portum esse corporis et requiescere in sepulcro putat mortuum; magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium nec docuerit, quatenus esset quidque curandum.

XLV. [108] Sed quid singulorum opiniones animadvertam, nationum varios errores perspicere cum liceat? condiunt Aegyptii mortuos et eos servant domi; Persae etiam cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Magorum mos est non humare corpora suorum, nisi a feris sint ante laniata; in Hyrcania plebs publicos alit canes, optumates domesticos: nobile autem genus canum illud scimus esse, sed pro sua quisque facultate parat a quibus lanietur, eamque optumam illi esse censent sepulturam. permulta alia colligit Chrysippus, ut est in omni historia curiosus, sed ita taetra sunt quaedam, ut ea fugiat et reformidet oratio. totus igitur hic locus est contemnendus in nobis, non neglegendus in nostris, ita tamen, ut mortuorum corpora nihil sentire vivi sentiamus;

107. Os próprios rochedos não terão o significado completo mais do que aquele "pendurado pelo tronco", pelo qual esse julga escolher o suplício. Isso seria duro, caso percebesse que nada há sem um significado. Aquilo, porém, é inteiramente sem sentido: "Que não tenha um túmulo, pelo qual receba um porto para o corpo, onde o corpo descanse dos males depois de finda a vida humana." Vês, quanto essas afirmações incorrem em erro: julga haver um porto do corpo e o morto repousar no sepulcro. Grande foi a culpa de Pélops, que não instruiu nem educou o filho, na medida em que haveria algo a ser levado em conta.

(XLV) 108. Mas por que criticarei as opiniões de cada um, quando se pode divisar os vários erros das nações? Os egípcios embalsamam os mortos e os conservam em casa; também os persas os enterram envoltos numa camada de cera, para que os corpos se conservem o maior tempo possível. O costume dos sacerdotes persas era de não enterrar os corpos dos seus, a não que antes tivessem sido dilacerados por feras. Na Hircânia[49], o povo alimenta os cães públicos, os nobres, os domésticos: sabemos, porém, que aquela raça de cães era nobre, mas cada um se prepara, conforme suas possibilidades, para por quais será dilacerado e eles consideram ser essa uma ótima sepultura. Crisipo[50] colecionou muitíssimas outras, minucioso como é em qualquer narrativa, mas algumas são tão horríveis que as referências fujam delas e recuem com pavor. Nessas circunstâncias, essa parte toda deve ser menosprezada entre nós, não negligenciado para os nossos, mas de tal modo que pensemos que nada de vivo sentem os corpos dos mortos.

[109] quantum autem consuetudini famaeque dandum sit, id curent vivi, sed ita, ut intellegant nihil id ad mortuos pertinere. Sed profecto mors tum aequissimo animo oppetitur, cum suis se laudibus vita occidens consolari potest. nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectae perfecto functus est munere. multa mihi ipsi ad mortem tempestiva fuerunt. quam utinam potuissem obire! nihil enim iam adquirebatur, cumulata erant officia vitae, cum fortuna bella restabant. quare si ipsa ratio minus perficiet, ut mortem neglegere possimus, at vita acta perficiat, ut satis superque vixisse videamur. quamquam enim sensus abierit, tamen suis et propriis bonis laudis et gloriae, quamvis non sentiant, mortui non carent. etsi enim nihil habet in se gloria cur expetatur, tamen virtutem tamquam umbra sequitur.

109. O quanto, porém, deva ser atribuído à tradição e à voz pública, cuidem disso os vivos, mas de tal modo que compreendam que nada disso diz respeito aos mortos. Seguramente, porém, a morte é afrontada com espírito tranquilo, quando o que está morrendo pode consolar-se com seus próprios elogios. Ninguém viveu pouco suficientemente, que tenha praticado o perfeito benefício da virtude perfeita. Muitos fatos oportunos para a morte aconteceram a mim mesmo. Prouvesse aos deuses que eu a ela tivesse sucumbido! Pois já nada era acrescentado, as atividades da vida estavam no auge, as guerras ficavam atrás com o destino. Por isso, se a própria razão não obtiver o suficiente, para que possamos ser indiferentes à morte, pelo menos que a vida percorrida consiga que pareçamos ter vivido bastante e por cima. Ainda que a sensibilidade tenha desaparecido, de fato os mortos não sentem falta dos seus e próprios bens de louvor e de glória, embora não percebam. Pois, embora a glória em si mesma nada tem por que seja reivindicada, contudo acompanha a virtude como uma sombra.

XLVI. [110] verum multitudinis iudicium de bonis <bonum> si quando est, magis laudandum est quam illi ob eam rem beati. non possum autem dicere, quoquo modo hoc accipietur, Lycurgum Solonem legum et publicae disciplinae carere gloria, Themistoclem Epaminondam bellicae virtutis. ante enim Salamina ipsam Neptunus obruet quam Salaminii tropaei memoriam, priusque e Boeotia Leuctra tollentur quam pugnae Leuctricae gloria. multo autem tardius fama deseret Curium Fabricium Calatinum, duo Scipiones duo Africanos, Maximum Marcellum Paulum, Catonem Laelium, innumerabilis alios; quorum similitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama populari, sed vera bonorum laude metiens, fidenti animo, si ita res feret, gradietur ad mortem; in qua aut summum bonum aut nullum malum esse cognovimus. secundis vero suis rebus volet etiam mori; non enim tum cumulus bonorum iucundus esse potest quam molesta decessio.

(XLVI) 110. O verdadeiro juízo da multidão a respeito dos bons, se por vezes é positivo, é mais digno de louvor do que os considerados felizes pela mesma razão. Não posso, porém, afirmar – de qualquer modo que isso for recebido – que o Licurgo e o Sólon das leis e da ordem pública, Temístocles e Epaminondas[51] da coragem na guerra não têm glória; pois, anteriormente, em Salamina, Netuno viria apagar a própria memória do triunfo salamino, e até que Leuctras[52] viesse a tirar da Beócia a glória do embate lêutrico. E muito mais tarde, a fama abandonou Cúrio Fabrício Calatino, os dois Cipiões, os dois Africanos, Máximo Marcelo Paulo, Catão Lélio e inúmeros outros; quem se surpreender com alguma relação entre esses, não a medindo pela reputação popular, mas pelo elogio verdadeiro dos bons, com espírito audacioso, se assim couber, caminhará para a morte, na qual sabemos estar ou o bem supremo ou nenhum mal. Em suas condições favoráveis, porém, quereria até morrer, pois tanto o excesso de bens como a carência perturbadora não podem ser gratificantes.

[111] hanc sententiam significare videtur Laconis illa vox, qui, cum Rhodius Diagoras, Olympionices nobilis, uno die duo suos filios victores Olympiae vidsset, accessit ad senem et gratulatus: ‘morere Diagora’ inquit; ‘non enim in caelum ascensurus es.’ magna haec, et nimium fortasse, Graeci putant vel tum potius putabant, isque, qui hoc Diagorae dixit, permagnum existimans tris Olympionicas una e domo prodire cunctari illum diutius in vita fortunae obiectum inutile putabat ipsi. Ego autem tibi quidem, quod satis esset, paucis verbis, ut mihi videbar, responderam – concesseras enim nullo in malo mortuos esse –; sed ob eam causam contendi ut plura dicerem, quod in desiderio et luctu haec est consolatio maxima. nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice ferre debemus, ne nosmet ipsos amare videamur; illa suspicio intolerabili dolore cruciat, si opinamur eos quibus orbati sumus esse cum aliquo sensu in is malis quibus volgo opinantur. hanc excutere opinionem mihimet volui radicitus, eoque fui fortasse longior.

XLVII. [112] Tu longior? non mihi quidem. prior enim pars orationis tuae faciebat, ut mori cuperem, posterior, ut modo non nollem, modo non laborarem; omni autem oratione illud certe perfectum est, ut mortem non ducerem in malis. Num igitur etiam rhetorum epilogum desideramus? an hanc iam artem plane relinquimus? Tu vero istam ne relinqueris, quam semper ornasti, et quidem iure; illa enim te, verum si loqui volumus, ornaverat. sed quinam est iste epilogus? aveo enim audire, quicquid est.

111. Com essa sentença, parece significar aquela afirmação do lacedemônio, que, quando Diágoras, o ródio, nobre vencedor dos jogos olímpicos, viu certo dia seus dois filhos vencedores da olimpíada, aproximou-se do ancião e disse, felicitando-o: "Podes morrer, Diágoras[53], pois não hás de subir ao céu." Os gregos consideram, ou melhor, então consideravam, grandes, talvez até demais, essas coisas, e aquele que disse isso a Diágoras, considerando algo extraordinário três vitórias olímpicas, julgava que para o mesmo seria um propósito inútil da sorte demorar mais tempo na vida para sair de casa. De fato, porém, eu te respondera com poucas palavras, que fosse o suficiente, conforme me parecia – visto que havias concedido que os mortos não se encontram em má situação – mas por essa razão me esforcei para dizer mais, porque esse é o consolo máximo na saudade e no luto. Pois também por nossa causa devemos suportar pacientemente nossa dor sobrevinda, para que não pareçamos não amarmos sequer a nós mesmos. Aquela suposição atormenta com dor insuportável, caso opinemos que aqueles, dos quais fomos privados, estão, com alguma percepção, naqueles males em que vulgarmente se lhes atribuem. Eu quis excluir radicalmente para mim mesmo essa opinião e nisso fui talvez mais prolixo.

(XLVII) 112. Mais prolixo, tu? Mas não para mim. Pois a primeira parte de tua exposição fazia com que eu desejasse morrer, e a posterior, ora que eu não recusasse, ora que eu não me preocupasse. Mas em toda a exposição, certamente o ponto perfeito é que eu não coloque a morte entre os males. Então desejamos também o epílogo dos retores? Ou já abandonamos totalmente essa arte? Tu, porém, não a abandonarás, pois sempre a exaltaste e certamente com direito; essa arte, caso quisermos dizer a verdade, havia te elevado. Mas de que espécie é esse epílogo? Pois desejo ardentemente ouvir o que ele é.

[113] Deorum inmortalium iudicia solent in scholis proferre de morte, nec vero ea fingere ipsi, sed Herodoto auctore aliisque pluribus. primum Argiae sacerdotis Cleobis et Bito filii praedicantur. nota fabula est. cum enim illam ad sollemne et statum sacrificium curru vehi ius esset satis longe ab oppido ad fanum morarenturque iumenta, tum iuvenes i quos modo nominavi veste posita corpora oleo perunxerunt, ad iugum accesserunt. ita sacerdos advecta in fanum, cum currus esset ductus a filiis, precata a dea dicitur, ut id illis praemii daret pro pietate, quod maxumum homini dari posset a deo; post epulatos cum matre adulescentis somno se dedisse,mane inventos esse mortuos.

[114] simili precatione Trophonius et Agamedes usi dicuntur; qui cum Apollini Delphis templum exaedificavissent, venerantes deum petiverunt mercedem non parvam quidem operis et laboris sui: nihil certi, sed quod esset optimum homini. quibus Apollo se id daturum ostendit post eius diei diem tertium; qui ut inluxit, mortui sunt reperti. iudicavisse deum dicunt, et eum quidem deum,cui reliqui dii concessissent, ut praeter ceteros divinaret. XLVIII. adfertur etiam de Sileno fabella quaedam: qui cum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori.

113. Os julgamentos dos deuses imortais, nas doutrinas, costumam referir-se à morte, mas eles mesmos não os fazem, mas através do autor Heródoto e muitos outros. Primeiramente são proclamados os julgamentos da sacerdotisa (Cídipe) Argiva e dos filhos Cléobes e Bitão. Essa narrativa é bem conhecida. Pois, como fosse um direito que ela fosse levada de carro até o templo bastante longe da cidade, para um determinado sacrifício solene, e os jumentos se atrasassem, então os jovens, que há pouco nomeei, tendo tirado as vestes, ungiram com óleo o corpo todo e assumiram o jugo. Assim a sacerdotisa foi conduzida ao templo; uma vez que o carro foi puxado pelos filhos, conta-se que pediu à deusa que lhes fosse dado, como prêmio pelo ato de devoção, o que de mais alto pudesse se dado ao homem por um deus; depois que se banquetearam com a mãe, os adolescentes entregaram-se ao sono e de manhã foram encontrados mortos.[54]

114. Conta-se que Trofônio e Agamedes[55] fizeram pedido semelhante. Depois de terem construído o templo de Apolo de Delfos, pediram suplicantes ao deus uma recompensa não muito pequena pela obra e por seu trabalho: nada de exato, mas que fosse muito bom para o homem. Apolo mostrou que lho havia de dar depois do terceiro dia do dia dele; assim que esse dia clareou, foram encontrados mortos. Dizem que o deus tinha revelado e precisamente aquele deus, ao qual os outros deuses tinham concedido que previsse além dos outros. (XLVIII) Refere-se ainda uma pequena narrativa a respeito de Sileno: quando ele foi preso por Midas, escreve-se que lhe teria dado de presente, por sua libertação, o seguinte: ensinou ao rei que não nascer é de longe o melhor para o homem, mas morrer é antes o primeiro que o último.

[115] qua est sententia in Cresphonte usus Euripedes: 'Nam nos decebat coetus celebrantis domum Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus, Humanae vitae varia reputantis mala; At, qui labores morte finisset gravis, Hunc omni amicos laude et laetitia exsequi.' simile quiddam est in Consolatione Crantoris: ait enim Terinaeum quendam Elysium, cum graviter filii mortem maereret, venisse in psychomantium quaerentem, quae fuisset tantae calamitatis causa; huic in tabellis tris huius modi versiculos datos: 'Igraris homines in vita mentibus errant: Euthynous potitur fatorum numine leto. Sic fuit utilius finiri ipsique tibique.'

115. Eurípedes usou a seguinte afirmação em Cresfonte[56]: “De fato, era-nos conveniente, promovendo as reuniões, lamentar a casa onde houvesse alguém dado à luz que refletisse sobre os vários males da vida humana. Mas ao contrário, quem tivesse delimitado pela morte os trabalhos pesados, a esse os amigos acompanhem até ao fim com todo louvor e alegria.” Algo semelhante está *Consolação* de Crantor: diz que certo Elísio Terineu, quando deplorava profundamente a morte do filho, veio procurar saber em um lugar, onde se evocam os mortos, qual teria sido a causa de tão grande desgraça; foram-lhe dados em tabuinhas os três pequenos versos seguintes: “Homens com mente sobrecarregada enganam-se: Eutínoo[57] apossa-se da vontade mortal dos destinos. Ter acabado desse modo foi mais útil para ti e para ele.”

[116] his et talibus auctoribus usi confirmant causam rebus a diis inmortalibus iudicatam. Alcidamas quidem, rhetor antiquus in primis nobilis, scripsit etiam laudationem mortis, quae constat ex enumeratione humanorum malorum; cui rationes eae quae exquisitius a philosophis colliguntur defuerunt, ubertas orationis non defuit. Clarae vero mortes pro patria oppetitae non solum gloriosae rhetoribus, sed etiam beatae videri solent. repetunt ab Erechtheo, cuius etiam filiae cupide mortem expetiverunt pro vita civium; <commemorant> Codrum, qui se in medios inmisit hostis veste famulari, ne posset adgnosci, si esset ornatu regio, quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore; Menoeceus non praetermittitur, qui item oraculo edito largitus est patriae suum sanguinem; <nam> Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, ut hostium elicatur suo. veniunt inde ad propiora: XLIX. Harmodius in ore est et Aristogiton; Lacedaemonius Leonidas, Thebanus Epaminondas viget. nostros non norunt, quos enumerare magnum est: ita sunt multi, quibus videmus optabilis mortes fuisse cum gloria.

116. Esses citados e autores semelhantes confirmam com fatos a causa determinada pelos deuses imortais. Certo Alcidamante, retor antigo, sobretudo nobre, também escreveu o louvor da morte, que consta na enumeração dos males humanos, à qual faltaram aqueles argumentos mais bem selecionados pelos filósofos, mas não faltou riqueza de expressão. De fato, as mortes honrosas afrontadas pela pátria costumam ser consideradas pelos retores não só gloriosas como também felizes. Remontam a Erecteu[58], de cuja filha exigiram avidamente a morte pela vida dos cidadãos; relembram Codro, que se colocou no meio dos inimigos, vestindo trajes de escravo, para que não pudesse ser reconhecido, o que aconteceria se estivesse com as vestes reais, porque um oráculo havia sido proferido que Atenas seria vencedora caso o rei fosse morto. Não se omite Meneceu[59] que, da mesma forma, pronunciado o oráculo, ofertou seu sangue à pátria; assim, por exemplo, manda que Ifigênia[60], em Áulis, fosse levada para ser imolada, a fim de, com seu sangue, fazer sair o dos inimigos. Chegam em seguida aos fatos mais próximos: (XLIX) Harmódio[61] está na boca, também Aristogisto; estão presentes Leônidas, o lacedemônio, e o tebano Epaminondas. Não conheceram os nossos, cuja enumeração é vasta: há muitos assim, dos quais consideramos que as mortes desejáveis foram com glória.

[117] Quae cum ita sint, magna tamen eloquentia est utendum atque ita velut superiore e loco contionandum, ut homines mortem vel optare incipiant vel certe timere desistant? nam si supremus ille dies non extinctionem, sed commutationem adfert loci, quid optabilius? sin autem perimit ac delet omnino, quid melius quam in mediis vitae laboribus obdormiscere et ita coniventem somno consopiri sempiterno? quod si fiat, melior Enni quam Solonis oratio. hic enim noster: 'nemo me lacrimis decoret' inquit 'nec funera fletu faxit!' at vero ille sapiens: 'Mors mea ne careat lacrimis: linquamus amicis Maerorem, ut celebrent funera cum gemitu.'

[118] nos vero, si quid tale acciderit, ut a deo denuntiatum videatur ut exeamus e vita, laeti et agentes gratias paremus emittique nos e custodia et levari vinclis arbitremur,ut aut in aeternam et plane in nostram domum remigremus aut omni sensu molestiaque careamus; sin autem nihil denuntiabitur, eo tamen simus animo, ut horribilem illum diem aliis nobis faustum putemus nihilque in malis ducamus, quod sit vel a diis inmortalibus vel a natura parente omnium constitutum. non enim temere nec fortuito sati et creati sumus, sed profecto fuit quaedam vis, quae generi consuleret humano nec id gigneret aut aleret, quod cum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum: portum potius paratum nobis et perfugium putemus.

117. Assim sendo, é preciso de fato usar de grande eloquência e proclamar assim como de um lugar bem alto, de modo que os homens ou comecem a desejar a morte ou deixem com certeza de temê-la? Pois, se aquele dia supremo traz não a extinção, mas a mudança de lugar, o que mais desejável? Se ao contrário simplesmente aniquila e apaga, o que melhor do que adormecer entre os trabalhos da vida e desse modo, de olhos fechados, dormitar em sono eterno? Caso tal aconteça, melhor é a palavra de Ênio que a de Solon. Pois este nosso diz: "Ninguém me honre com lágrimas, nem faça o enterro com choro!" Aquele, porém, sábio: "Em minha morte não faltem lágrimas: Deixemos aos amigos o grande pesar, para que celebrem os funerais com lamentos."

118. Entretanto, caso algo semelhante nos acontecer, tal que pareça determinado por deus, que deixemos a vida, nós nos preparemos alegres e agradecidos e consideremos que somos libertados da prisão e desonerados dos grilhões, de modo que ou retornemos para a eterna e totalmente nossa casa ou nos libertemos de toda sensação e embaraço; mas se, ao contrário, nada for pressagiado, tenhamos, contudo, tal estado de espírito que julguemos aquele dia terrível propício para nós outros e nada atribuamos aos males daquilo que tenha sido determinado ou pelos deuses imortais ou pela natureza, mãe de todos. Pois não fomos criados e engendrados temerariamente nem por acaso, mas seguramente houve certa força que cuidasse do gênero humano, que não o gerasse e alimentasse, porque, tendo suportado inteiramente todos os trabalhos, cairia então no mal eterno da morte: consideremo-la de preferência um porto e um refúgio preparado para nós.

[119] quo utinam velis passis pervehi liceat! sin reflantibus ventis reiciemur, tamen eodem paulo tardius referamur necesse est. quod autem omnibus necesse est, idne miserum esse uni potest? Habes epilogum, ne quid preatermissum aut relictum putes. Ego vero, et quidem fecit etiam iste me epilogus firmiorem. Optime, inquam. sed nunc quidem valetudini tribuamus aliquid, cras autem et quot dies erimus in Tusculano, agamus haec et ea potissimum, quae levationem habeant aegritudinum formidinum cupiditatum, qui omnis philosohpiae est fructus uberrimus.

119. Oxalá seja concedido chegar até lá com velas enfunadas! Mas se, ao contrário, formos levados para trás por ventos adversos, mesmo assim é necessário que sejamos reenviados para o mesmo lugar um pouco mais tarde. O que é, portanto, necessário a todos, pode isso ser mísero para um só? Tens o epílogo, para que não penses que algo foi omitido ou esquecido. A mim, porém, este epílogo me tornou também mais consistente. Ótimo, diria. Mas agora de fato destinemos algo à saúde, mas amanhã e em quantos dias estivermos em Túsculo, tratemos disso e, principalmente, daquilo que traga o alívio das doenças, dos espantalhos e das paixões, alívio que é fruto proveitoso de toda a filosofia.

LIBER SECVNDVS

I. [1] Neoptolemus quidem apud Ennium "philosophari sibi" ait "necesse esse, sed paucis; nam omnino haud placere". Ego autem, Brute, necesse mihi quidem esse arbitror philosophari; nam quid possum, praesertim nihil agens, agere melius? sed non paucis, ut ille. Difficile est enim in philosophia pauca esse ei nota cui non sint aut pleraque aut omnia. Nam nec pauca nisi e multis eligi possunt nec, qui pauca perceperit, non idem reliqua eodem studio persequetur.

[2] Sed tamen in vita occupata atque, ut Neoptolemi tum erat, militari, pauca ipsa multum saepe prosunt et ferunt fructus, si non tantos quanti ex universa philosophia percipi possunt, tamen eos quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate aut aegritudine aut metu liberemur; velut ex ea disputatione quae mihi nuper habita est in Tusculano, magna videbatur mortis effecta contemptio, quae non minimum valet ad animum metu liberandum. Nam qui id quod vitari non potest metuit, is vivere animo quieto nullo modo potest; sed qui non modo quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi praesidium ad beatam vitam comparat.

LIVRO II

(I) 1. Neoptólemo[62] diz em Ênio: "É necessário filosofar para si mesmo, mas isso é para poucos; de fato não é totalmente agradável." Eu, porém, Bruto, considero que me é realmente necessário filosofar; pois o que posso fazer de melhor, principalmente não fazendo nada? Mas não para poucos, como disse aquele. Pois, em filosofia, é difícil serem poucas coisas conhecidas a quem não o seja ou a maioria ou a totalidade delas. Na verdade, poucas coisas não podem ser escolhidas senão dentre muitas, nem aquele que tiver assimilado poucas perseguirá com o mesmo esforço igualmente as demais.

2. De fato, porém, na vida ativa e, como era então a de Neoptólemo, militar, as mesmas poucas são frequentemente de muita valia e trazem frutos, se não tantos quantos se podem colher de toda a filosofia, pelo menos aqueles através dos quais nos libertemos, de algum lado, por vezes ou da cobiça, ou da aflição ou do medo; como daquela discussão, que tive recentemente em Túsculo, parecia firmado grande desprezo pela morte, que vale não muito pouco para libertar o espírito do medo. De fato, quem receou o que não pode ser evitado, não pode de modo algum viver com espírito tranquilo. Mas aquele não teme a morte não só porque é necessário morrer, mas também porque a morte nada tem que seja horroroso, esse obtém para si um sustentáculo para uma vida feliz.

[3] Quamquam non sumus ignari multos studiose contra esse dicturos; quod vitare nullo modo potuimus, nisi nihil omnino scriberemus. Etenim si orationes, quas nos multitudinis iudicio probari volebamus (popularis est enim illa facultas, et effectus eloquentiae est audientium adprobatio) sed si reperiebantur non nulli qui nihil laudarent, nisi quod se imitari posse confiderent, quemque sperandi sibi, eumdem bene dicendi finem proponerent, et cum obruerentur copia sententiarum atque verborum, ieiunitatem et famem se malle quam ubertatem et copiam dicerent, unde erat exortum genus Atticorum eis ipsis qui id sequi se profitebantur ignotum, qui iam conticuerunt paene ab ipso foro inrisi -

[4] quid futurum putamus, cum adiutore populo quo utebamur antea, nunc minime nos uti posse videamus? Est enim philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consulto ipsa fugiens eique ipsi et suspecta et invisa, ut, vel si quis universam velit vituperare, secundo id populo facere possit, vel si in eam quam nos maxime sequimur, conetur invadere, magna habere possit auxilia a reliquorum philosophorum disciplinis.

II. Nos autem universae philosophiae vituperatoribus respondimus in Hortensio, pro Academia autem quae dicenda essent, satis accurate in Academicis quattuor libris explicata arbitramur; sed tamen tantum abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus. In ipsa enim Graecia philosophia tanto in honore numquam fuisset, nisi doctissimorum contentionibus dissensionibusque viguisset.

3. Ainda assim, não desconhecemos que muitos, esforçadamente, argumentarão contra; não pudemos evitar isso de modo nenhum, a não ser que absolutamente nada escrevêssemos. Efetivamente, caso as proposições: que nós queríamos fossem aprovadas pelo julgamento da multidão (pois aquela faculdade é do povo e o objetivo da eloquência é a aprovação dos ouvintes), mas se surgissem alguns que nada elogiassem, a não ser que confiassem que poderiam apresentá-las, que propusessem a si mesmos um escopo qualquer de esperança e o mesmo objetivo de falar bem, e quando fossem esmagados pela abundância das sentenças e das palavras, afirmassem que prefeririam a carência e a fome à riqueza e à abundância, de onde havia surgido o tipo dos áticos, justamente para aqueles que confessavam seguir o que lhes era desconhecido, que já se calaram quase ridicularizados pela própria voz popular

4. – o que pensamos haver de acontecer, quando aquilo que usávamos anteriormente com a ajuda do povo, agora nos vejamos absolutamente impossibilitados de usar? Pois a filosofia está restrita a poucos árbitros, ela mesma evita deliberadamente a multidão e para a mesma é suspeita e odiosa, tanto que, ou caso alguém queira depreciá-la como um todo, possa fazê-lo com o apoio do povo, ou caso tente começar por aquela que nós especialmente seguimos, possa ter as grandes ajudas dos sistemas dos demais filósofos.

(II) Aos que criticam toda a filosofia, porém, nós respondemos em *Hortênsio*[63], e o que deveria ter sido dito a favor da Academia, consideramos ter sido suficientemente explicado nos quatro livros acadêmicos. De fato, porém, tão pouco dista que não queiramos que se escreva contra nós, como também que o desejemos sumamente. Pois a filosofia não teria gozado de tão grande consideração na própria Grécia, se não tivesse florescido através dos embates e das divergências dos mais doutos.

[5] Quam ob rem hortor omnes qui facere id possunt, ut huius quoque generis laudem iam languenti Graeciae eripiant et transferant in hanc urbem, sicut reliquas omnes, quae quidem erant expetendae, studio atque industria sua maiores nostri transtulerunt. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, ut iam, quod natura fert in omnibus fere rebus, senescat brevique tempore ad nihilum ventura videatur, philosophia nascatur Latinis quidem litteris ex his temporibus, eamque nos adiuvemus nosque ipsos redargui refellique patiamur. Quod ii ferunt animo iniquo qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt eaque necessitate constricti, ut, etiam quae non probare soleant, ea cogantur constantiae causa defendere; nos qui sequimur probabilia nec ultra quam id quod veri simile occurrit, progredi possumus, et refellere sine pertinacia et refelli sine iracundia parati sumus.

[6] Quodsi haec studia traducta erunt ad nostros, ne bibliothecis quidem Graecis egebimus, in quibus multitudo infinita librorum propter eorum est multitudinem qui scripserunt. Eadem enim dicuntur a multis, ex quo libris omnia referserunt. Quod accidet etiam nostris, si ad haec studia plures confluxerint. Sed eos, si possumus, excitemus, qui liberaliter eruditi adhibita etiam disserendi elegantia ratione et via philosophantur.

5. Por tais razões, exorto a todos os que possam fazê-lo, que arrebatem a glória também desse tipo à debilitada Grécia e a transfiram para esta cidade, da mesma forma que nossos antepassados transferiram, com esforço e seu trabalho, todas as outras que realmente eram muito desejáveis. E mesmo a glória dos oradores, assim conduzida, veio de um grau humilde ao mais alto, tanto que parece envelhecer e em pouco tempo chegar ao nada – o que a natureza carrega em quase todas as coisas – a filosofia nasça verdadeiramente nas letras latinas nestes tempos e nós a ajudemos e consintamos que nós mesmos sejamos contestados e desmentidos. Apresentam isso com espírito injusto os que estão como que atrelados e presos a algumas determinadas e consagradas sentenças e forçados por essa necessidade, de modo que são obrigados a defender, por razão de constância, até aquilo que não costumam provar. Nós, que seguimos aquilo que é provável, não além do que vai contra o verossímil, podemos avançar e estamos preparados para refutar sem obstinação e ser refutados sem ira.

6. Caso, porém, essas obras forem traduzidas para os nossos, nem sequer das bibliotecas gregas precisaremos, nas quais há uma multidão imensa de livros por causa do grande número daqueles que escreveram. Pois as mesmas coisas são ditas por muitos e por essa razão acumularam tudo nos livros. Isso acontecerá também com os nossos, se um maior número convergir para esses estudos. Mas estimulemo-los, se pudermos, os que, nobremente eruditos, filosofam com inteligência e método, usando também a elegância no expressar-se.

III. [7] Est enim quoddam genus eorum qui se philosophos appellari volunt, quorum dicuntur esse Latini sane multi libri; quos non contemno equidem, quippe quos numquam legerim; sed quia profitentur ipsi illi qui eos scribunt se neque distincte neque distribute neque eleganter neque ornate scribere, lectionem sine ulla delectatione neglego. Quid enim dicant et quid sentiant ii qui sunt ab ea disciplina, nemo ne mediocriter quidem doctus ignorat. Quam ob rem, quoniam quem ad modum dicant ipsi non laborant, cur legendi sint nisi ipsi inter se qui idem sentiunt, non intellego.

[8] Nam, ut Platonem reliquosque Socraticos et deinceps eos qui ab his profecti sunt legunt omnes, etiam qui illa aut non adprobant aut non studiosissime consectantur, Epicurum autem et Metrodorum non fere praeter suos quisquam in manus sumit, sic hos Latinos ii soli legunt qui illa recta dici putant. Nobis autem videtur, quicquid litteris mandetur, id commendari omnium eruditorum lectioni decere; nec, si id ipsi minus consequi possumus, idcirco minus id ita faciendum esse sentimus.

(III) 7. Existe ainda certa espécie daqueles que querem ser chamados filósofos, dos quais se diz que muitos livros são razoavelmente latinos; certamente não os desprezo, mas o fato é que nunca os li; pela razão, porém, de que eles mesmos, que os escrevem, confessam que não escrevem de modo matizado, nem equilibrado, nem elegante, nem artístico, deixo de lado a leitura sem satisfação alguma. O que dizem e o que pensam aqueles que são dessa escola, ninguém ao menos medianamente culto ignora. Por essa razão, porque afirmam de certo modo que eles mesmos não se esforçam, não compreendo por que deveriam ser lidos, a não ser por eles mesmos entre si, que pensam do mesmo modo.

8. De fato, como todos leem Platão, os outros socráticos e, daí para a frente, os que partiram deles, inclusive aqueles que ou não lhes aprovam as posições ou não os seguem muito diligentemente, mas quase ninguém além dos seus tem em mãos a Epicuro e Metrodoro, do mesmo modo só leem esses latinos os que consideram que aquelas posições são ditas corretas. Parece-nos, porém, que tudo quanto se ponha por escrito, é conveniente que seja recomendado à leitura de todos os eruditos. Caso nós mesmos não pudermos ao menos conseguir isso, por tal razão julgamos que pelo menos assim deveria ser feito.

[9] Itaque mihi semper Peripateticorum Academiaeque consuetudo de omnibus rebus in contrarias partis disserendi non ob eam causam solum placuit, quod aliter non posset quid in quaque re veri simile esset inveniri, sed etiam quod esset ea maxima dicendi exercitatio. Qua princeps usus est Aristoteles, deinde eum qui secuti sunt. Nostra autem memoria Philo, quem nos frequenter audivimus, instituit alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum: ad quam nos consuetudinem a familiaribus nostris adducti in Tusculano, quod datum est temporis nobis, in eo consumpsimus. Itaque cum ante meridiem dictioni operam dedissemus, sicut pridie feceramus, post meridiem in Academiam descendimus; in qua disputationem habitam non quasi narrantes exponimus, sed eisdem fere verbis, ut actum disputatumque est.

IV. [10] Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus et a tali quodam ductus exordio: Dici non potest quam sim hesterna disputatione tua delectatus vel potius adiutus. Etsi enim mihi sum conscius numquam me nimis vitae cupidum fuisse, tamen interdum obiiciebatur animo metus quidam et dolor cogitanti fore aliquando finem huius lucis et amissionem omnium vitae commodorum. Hoc genere molestiae sic, mihi crede, sum liberatus, ut nihil minus curandum putem.

9. Por isso sempre me agradou o costume dos peripatéticos e da Academia de dissertar sobre todos os assuntos em relação às partes contrárias, não apenas pela razão de que não pudesse, de outro modo, ser encontrado algo verossímil em qualquer coisa, mas também que fosse um exercício de expressar essas importantíssimas ideias. Dela Aristóteles usou por primeiro, depois aqueles que o seguiram. Segundo nossa lembrança, porém, Filão[64], a quem nós ouvimos muitas vezes, resolveu tratar, em um momento, dos preceitos dos retores e, em outro, dos filósofos: nós, induzidos a esse uso pelos nossos familiares no Tusculano, nele gastamos o quanto de tempo nos foi dado. Por isso, como nos tivéssemos dedicado ao discurso na parte da manhã, do mesmo modo que havíamos feito no dia anterior, descemos até a Academia à tarde, em que expomos a discussão havida, não como que relatando, mas quase com as mesmas palavras com as quais se fez e se debateu.

(IV) 10. Assim pois, aquela conversação, que nos foi instituída, é própria dos que caminham segundo esse modelo, e conduzido após certo exórdio: Não se pode dizer quanto eu tenha gostado ou, antes, tenha sido ajudado por tua discussão de ontem. Embora eu tenha a consciência de que eu nunca fui ávido demais pela vida, contudo por vezes era apresentado ao espírito certo medo e a dor quando pensava que algum dia seria o fim desta luz e a perda de todos os benefícios da vida. Assim fui libertado desse tipo de incômodo, acredita-me, de modo que eu considere que nada me deve preocupar menos.

[11] Minime mirum id quidem. Nam efficit hoc philosophia: medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Sed haec eius vis non idem potest apud omnes; tum valet multum, cum est idoneam complexa naturam. «Fortes» enim non modo «fortuna adiuvat», ut est in vetere proverbio, sed multo magis ratio, quae quibusdam quasi praeceptis confirmat vim fortitudinis. Te natura excelsum quendam videlicet et altum et humana despicientem genuit, itaque facile in animo forti contra mortem habita insedit oratio. Sed haec eadem num censes apud eos ipsos valere nisi admodum paucos, a quibus inventa, disputata, conscripta sunt? Quotus enim quisque philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus, ut ratio postulat? qui disciplinam suam non ostentationem scientiae, sed legem vitae putet? qui obtemperet ipse sibi et decretis suis pareat?

[12] Videre licet alios tanta levitate et iactatione, ut eis fuerit non didicisse melius, alios pecuniae cupidos, gloria non nullos, multos libidinum servos, ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio. Quod quidem mihi videtur esse turpissimum. Ut enim, si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur, aut si absurde canat is qui se haberi velit musicum, hoc turpior sit quod in eo ipso peccet cuius profitetur scientiam, sic philosophus in vitae ratione peccans hoc turpior est quod in officio cuius magister esse vult, labitur artemque vitae professus delinquit in vita.

V. Nonne verendum est igitur, si est ita, ut dicis, ne philosophiam falsa gloria exornes? Quod est enim maius argumentum nihil eam prodesse quam quosdam perfectos philosophos turpiter vivere?

11. Realmente isso de forma alguma é surpreendente. Pois a filosofia realiza o seguinte: medica os espíritos, elimina as preocupações inúteis, liberta das ambições e afasta os temores. Essa sua força, porém, não tem o mesmo poder em todos; realiza muito quando abraça uma natureza adequada. Pois, não só "aos fortes a fortuna ajuda", como consta no antigo provérbio, mas muito mais a razão, que confirma a força da firmeza com algumas como que diretrizes. A natureza criou-te sem dúvida de algum modo nobre e elevado e desprezador das coisas humanas, por isso a argumentação apresentada contra a morte facilmente calou no espírito forte. Mas por ventura és do parecer que essas mesmas coisas prevalecem entre eles próprios, ainda que bastante poucos, pelos quais foram descobertas, discutidas e redigidas? Pois, em que número dentre os filósofos encontra-se alguém que seja tão morigerado, tão firme no espírito e na vida como a razão exige? Que considere sua disciplina não uma ostentação de conhecimento, mas uma lei de vida? Que pareça obedecer a si mesmo e a seus princípios?

12. Pode-se ver outros com tão grande leviandade e presunção que lhes teria sido melhor não ter aprendido, outros, ávidos por dinheiro, alguns por glória, muitos escravos dos desejos, de modo que a doutrina conflite espantosamente com a vida deles. Para mim, realmente, isso parece muito vergonhoso. Pois da mesma forma que, se alguém, declarando-se gramático, falar de modo bárbaro, ou se aquele que quiser ser considerado músico cantar desafinadamente, é mais vergonhoso que falhe naquilo de que declare ter conhecimento, assim o filósofo que peca no modo de vida, nisso é mais desonroso, porque falha na profissão da qual quer ser mestre e, professando a arte da vida, erra na vida.

(V) Em consequência, se assim for, como dizes, não se deve recear que estejas enfeitando a filosofia com uma glória falsa? Em verdade, de que nada lhe é útil, que argumento é maior do que o fato de vários filósofos perfeitos viverem vergonhosamente?

[13] Nullum vero id quidem argumentum est. Nam ut agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur, falsumque illud Accii:

Probae etsi in segetem sunt deteriorem datae Fruges, tamen ipsae suapte natura enitent, sic animi non omnes culti fructum ferunt. Atque, ut in eodem simili verser, ut ager quamvis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina animus; ita est utraque res sine altera debilis. Cultura autem animi philosophia est; haec extrahit vitia radicitus et praeparat animos ad satus accipiendos eaque mandat eis et, ut ita dicam, serit, quae adulta fructus uberrimos ferant. Agamus igitur, ut coepimus. Dic, si vis, de quo disputari velis.

[14] Dolorem existimo maximum malorum omnium. Etiamne malus quam dedecus? Non audeo id dicere equidem, et me pudet tam cito de sententia esse deiectam. Magis esset pudendum, si in sententia permaneres. Quid enim minus est dignum, quam tibi peius quicquam videri dedecore, flagitio, turpitudine? quae ut effugias, quis est non modo recusandus, sed non ultro adpetendus, subeundus, excipiendus dolor? Ita prorsus existimo. Quare ne sit sane summum malum dolor, malum certe est. Videsne igitur, quantum breviter admonitus de doloris terrore deieceris?

13. De fato, porém, esse argumento é nulo. Por exemplo, como nem todos os campos, que são cultivados, são produtivos e é falsa aquela afirmativa de Ácio[65]: "Embora os cereais de boa qualidade sejam atribuídos a uma colheita inferior, de fato eles se distinguem por sua própria natureza", do mesmo modo nem todos os espíritos cultos produzem frutos. E, para me manter na mesma comparação, como qualquer campo fértil não pode ser produtivo sem cultivo, igualmente o espírito, sem uma doutrina; desse modo, uma coisa sem a outra é fraca. Mas o cultivo do espírito é a filosofia, que arranca os vícios pela raiz e prepara os espíritos para receber as sementes, nelas confia e, por assim dizer, as embrulha, para que, vigorosas, produzam frutos muito abundantes. Ajamos, portanto, como começamos. Dize, por favor, sobre o que queres discutir.

14. Considero a dor o maior de todos os males. Talvez tão má quanto a desonra? Realmente não ouso dizer isso e me penitencio de a proposta ter sido lançada tão cedo. Seria mais vergonhoso, caso permanecesses com a proposta. Pois o que é menos digno do que qualquer coisa te parecer pior que a desonra, o escândalo e a baixeza? Para que fujas disso, qual dor deve ser não só não recusada, mas também e muito mais desejada, aceita e bem recebida? Assim julgo sem objeção. Porque não sendo certamente o mal supremo, sem dúvida é um mal. Vês, portanto, advertido com brevidade, o quanto te terás afastado do medo da dor?

[15] Video plane, sed plus desidero. Experiar equidem; sed magna res est, animoque mihi opus est non repugnante. Habebis id quidem. Ut enim heri feci, sic nunc rationem, quo ea me cumque ducet, sequar.

VI. Primum igitur de imbecillitate multorum et de variis disciplinis philosophorum loquar. Quorum princeps et auctoritate et antiquitate, Socraticus Aristippus, non dubitavit summum malum dolorem dicere. Deinde ad hanc enervatam muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus praebuit. Hunc post Rhodius Hieronymus dolore vacare summum bonum dixit; tantum in dolore duxit mali. Ceteri praeter Zenonem, Aristonem, Pyrrhonem idem fere, quod modo tu, malum illud quidem, sed alia peiora.

[16] Ergo, id quod natura ipsa et quaedam generosa virtus statim respuit, ne scilicet dolorem summum malum diceres oppositoque dedecore sententia depellerere, in eo magistra vitae philosophia tot saecula permanet. Quod huic officium, quae laus, quod decus erit tanti, quod adipisci cum dolore corporis velit, qui dolorem summum malum sibi esse persuaserit? quam porro quis ignominiam, quam turpitudinem non pertulerit, ut effugiat dolorem, si id summum malum esse decreverit? quis autem non miser non modo tunc, cum premetur summis doloribus, si in his est summum malum, sed etiam cum sciet id sibi posse evenire? et quis est, cui non possit? Ita fit ut omnino nemo esse possit beatus.

15. Vejo com clareza, mas desejo mais. Sem dúvida, experimentarei; trata-se de um grande objetivo e para mim é necessário que o espírito não se oponha. Certamente terás isso. Pois, como fiz ontem, do mesmo modo seguirei agora a razão para onde quer que ela me vier a levar.

(VI) Desse modo, em primeiro lugar falarei da fraqueza de espírito de muitos e das várias disciplinas dos filósofos. O primeiro deles, tanto pela autoridade como pela antiguidade, o socrático Aristipo não hesitou em afirmar que a dor é o mal supremo. Em seguida, Epicuro se mostrou bastante acessível a essa afirmação fraca e feminil. Depois dele, Jerônimo[66], o ródio, declarou que o bem supremo é não ter dor; calculou tão grande mal na dor. Outros, além de Zenão, Aristão e Pirro, pensaram quase do mesmo modo, como agora tu, que realmente é aquele mal, mas outras coisas ainda piores.

16. Portanto, aquilo que a própria natureza e certa perfeição moral generosa logo rejeitam, para que obviamente não digas que a dor é o mal supremo e afastes pela doutrina a desonra oposta, nesse ponto a filosofia permanece a mestra da vida durante tantos séculos. Quem tiver persuadido a si mesmo de que a dor é o mal supremo, a esse como poderão ser grandes as homenagens o louvor e a honra, uma vez que queira alcançá-los com dor corporal? Além disso, quem não suportou aquela ignomínia, aquela baixeza, para fugir da dor, se resolveu que isso é o mal supremo? Mas quem não é tão mísero, não só no momento em que é afligido pelas mais intensas dores, caso nelas esteja o mal supremo, mas também quando se der conta de que isso pode acontecer a ele mesmo? E existe alguém a quem não possa acontecer? Desse modo acontece que ninguém possa ser inteiramente feliz.

[17] Metrodorus quidem perfecte eum beatum putat, cui corpus bene constitutum sit et exploratum ita semper fore. Quis autem est iste, cui id exploratum possit esse?

VII. Epicurus vero ea dicit, ut mihi quidem risus captare videatur. Adfirmat enim quodam loco, si uratur sapiens, si crucietur – exspectas fortasse dum dicat: «patietur, perferet, non succumbet»; magna mehercule laus et eo ipso, per quem iuravi, Hercule, digna! – sed Epicuro, homini aspero et duro, non est hoc satis; in Phalaridis tauro si erit, dicet: «Quam suave est, quam hoc non curo!» Suave etiam? an parum est, si «non amarum»? At id quidem illi ipsi, qui dolorem malum esse negant, non solent dicere cuiquam suave esse cruciari; asperum, difficile, odiosum, contra naturam dicunt nec tamen malum. Hic qui solum hoc malum dicit et malorum omnium extremum, sapientem censet id suave dicturum.

[18] Ego a te non postulo, ut dolorem eisdem verbis adficias quibus Epicurus voluptatem, homo, ut scis, voluptarius. Ille dixerit sane idem in Phalaridis tauro, quod si esset in lectulo; ego tantam vim non tribuo sapientiae contra dolorem. Sit fortis in perferendo, officio satis est; ut laetetur etiam, non postulo. Tristis enim res est sine dubio, aspera, amara, inimica naturae, ad patiendum tolerandumque difficilis.

17. De fato, Metrodoro considera perfeitamente feliz aquele cujo corpo seja bem constituído e assim tiver sido sempre considerado. Quem é, porém, esse, que possa ser assim considerado?

(VII) Epicuro, porém, diz isso, de modo que me pareça de fato provocar o riso. Pois afirma, em certa passagem, caso o sábio seja queimado, caso seja torturado – esperas talvez até que diga: "sofrerá, aguentará e não sucumbira". Grande louvor, por Hércules, e merecido! pelo mesmo pelo qual jurei, Hércules – mas para Epicuro, homem seco e duro, isso não é suficiente; se estivesse no touro de Fálaris[67], diria: "Tanto é agradável que não me preocupo com isso!" Até agradável? Ou é pouco, caso seja "não doloroso"? Por outro lado, os mesmos que negam que a dor é um mal, não costumam dizer que é agradável a qualquer um ser torturado; afirmam ser áspera, difícil, odienta e contra a natureza, mas mesmo assim não um mal. Quem diz que a dor é apenas um mal e o maior de todos os males, considera sábio a quem o disser de modo agradável.

18. Não exijo de ti que apresentes a dor com as mesmas palavras com as quais Epicuro, homem voluptuoso, como sabes, apresentou o prazer. Ele teria dito certamente a mesma coisa no touro de Fálaris como se estivesse no leito; eu não atribuo tamanha força à sabedoria contra a dor. Que seja corajoso em aguentar, é o suficiente para o ofício; que ainda se deleite, não exijo. Pois é, sem dúvida, algo áspero, amargo e inimigo da natureza, difícil de se aguentar e tolerar.

[19] Aspice Philoctetam, cui concedendum est gementi; ipsum enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem. Nihil igitur hunc virum sagittae quas ab Hercule acceperat tum consolabantur cum

> E viperino morsu venae viscerum
> Veneno inbutae taetros cruciatus cient.

Itaque exclamat auxilium expetens, mori cupiens:

> Heu! qui salsis fluctibus mandet
> Me ex sublimo vertice saxi?
> iam iam absumor, conficit animam
> Vis vulneris, ulceris aestus.

Difficile dictu videtur eum non in malo esse, et magno quidem qui ita clamare cogatur.

19. Observa a Filotectes[68], a quem, em gemidos, se deve perdoar: pois vira ao próprio Hércules, lamentando-se pela enormidade das dores no monte Eta. Nessas circunstâncias, em nada consolavam a esse homem as flechas, que havia recebido de Hércules, quando "pela picada de uma cobra, as veias das vísceras, afetadas pelo veneno, provocam horríveis sofrimentos". Por isso, grita, implorando socorro e desejando morrer: "Ai! Quem, do alto pico do rochedo, me entrega às ondas do mar? Já, já estou sendo consumido, a gravidade do ferimento e o ardume da chaga destroem o sopro da vida." Parece difícil de se dizer que não estava em má e mesmo em péssima situação, quem assim é forçado a gritar.

VIII. [20] Sed videamus Herculem ipsum qui tum dolore frangebatur, cum immortalitatem ipsa morte quaerebat. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachiniis edit! cui cum Deianira sanguine Centauri tinctam tunicam induisset inhaessissetque ea visceribus, ait ille:

O multa dictu gravia, perpessu aspera,
Quae corpore exanclata atque animo pertuli!
Nec mihi iunonis terror implacabilis
Nec tantum invexit tristis Eurystheus mali,
Quantum una vaecors Oenei partu edita.
Haec me inretivit veste furiali inscium,
Quae latere inhaerens morsu lacerat viscera
Urgensque graviter pulmonum haurit spiritus;
iam decolorem sanguinem omnem exorbuit.
Sic corpus clade horribili absumptum extabuit,
Ipse illigatus peste interimor textili.
Hos non hostilis dextra, non Terra edita
Moles Gigantum, non biformato impetu
Centaurus ictus corpori inflixit meo,
Non Graia vis, non barbara ulla inmanitas,
Non saeva terris gens relegata ultimis,
Quas peragrans undique omnem ecferitatem expuli,
Sed feminae vir feminea interimor manu.
IX. O nate! vere hoc nomen usurpa patri,
Ne me occidentem matris superet caritas.
Huc arripe ad me manibus abstractam piis;
iam cernam, mene an illam potiorem putes.

(VIII) 20. Contudo, vejamos o mesmo Hércules, que era quebrado pela dor, precisamente quando buscava a imortalidade pela própria morte. Que palavras emitiu ele em *As Traquínias*[69] de Sófocles! Assim que Dejanira lhe vestiu a túnica tingida com o sangue do Centauro e ela fixou-se ao corpo, diz ele:

"Oh! Muitas coisas terríveis de se dizer, muitas dolorosas de se aguentar que inteiramente suportei derramadas no corpo e no espírito! Nem o terror implacável de Juno para comigo nem o triste Euristeu[70] suportou mal tão grande, quanto certa tresloucada dada à luz pelo 'parto' de Eneu. Essa me envolveu, sem eu saber, na veste das fúrias, a qual, ao tocar o corpo, dilacera as vísceras com tortura e, apertando, retira gravemente os sopros dos pulmões; já tragou todo o sangue descorado. Desse modo, o corpo exaurido consumiu-se pelo horrível flagelo; eu mesmo recebo um golpe fatal pelo flagelo de tecido. Não foi a mão inimiga que infligiu esses golpes ao meu corpo, nem a grande estatura dos Gigantes, gerados pela Terra, nem o Centauro com ataque de forma dupla, nem a violência grega, nem qualquer selvageria bárbara, nem um povo cruel relegado aos confins da terra, dos quais repeli toda ferocidade ao percorrê-los, mas marido de uma mulher pereço por mão feminil.

(IX) Ó filho! Assume de fato este nome do pai, para que a afeição da mãe não se sobreponha a mim moribundo. A este ponto, traga até mim, com mãos piedosas, a afeição desviada; logo perceberei se julgas preferível a mim ou a ela.

[21] Perge, aude, nate, illacrima patris pestibus,
Miserere! Gentes nostras flebunt miserias.
Heu! virginalem me ore ploratum edere,
Quem vidit nemo ulli ingemescentem malo!
Ecfeminata virtus adflicta occidit.
Accede, nate, adsiste, miserandum aspice
Eviscerattum corpus laceratum patris!
Videte, cuncti, tuque, caelestum sator,
iace, obsecro, in me vim coruscam fulminis!
Nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vertices,
Nunc serpit ardor. O ante victrices manus,
22 O pectora, o terga, o lacertorum tori!
Vestrone pressu quondam Nemeaeus leo
Frendens efflavit graviter extremum halitum?
Haec dextra Lernam taetra mactata excetra
Pacavit? haec bicorporem adiflixit manum?
Erymanthiam haec vastificam abiecit beluam?
Haec e Tartarea tenebrica abstractum plaga
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem?
Haec interemit tortu multiplicabili
Draconem auriferam optutu adservantem arborem?
Multa alia victrix nostra lustravit manus,
Nec quisquam e nostris spolla cepit laudibus.
Possumusne nos contemnere dolorem, cum ipsum
Herculem tam intoleranter dolere videamus?

21. Continua e sê ousado, filho, deplora as desgraças do pai, tem compaixão! Os povos chorarão nossos infortúnios. Ai! Ninguém viu que emito pelos lábios uma lamentação lânguida, que, em gemidos, prefiro a qualquer outra! Sucumbe a abatida coragem efeminada. Aproxima-te, filho, mantém-te junto a mim, contempla o deplorável corpo dilacerado e eviscerado do pai! Vede todos e também tu, pai dos deuses, lança em mim, imploro-te, as força cintilante do raio! Agora, agora os turbilhões arrasadores das dores martirizam, agora o ardume se intensifica lentamente. Ó mãos antes vitoriosas,

22. ó peito, ó costas, ó saliências dos músculos! Um dia o leão de Nemeia[71], rangendo os dentes, sob vossa compressão não exalou penosamente o último suspiro? Esta mão direita não acalmou a sombria Lerna[72], depois de ter abatido Excetra? Esta não quebrou a mão de um bicorpóreo? Esta mão não atirou para longe a devastadora fera de Erimanto[73]? Esta mão não retirou, arrastado da região tenebrosa do tártaro, o cão de três cabeças, gerado pela Hidra? Esta mão não destruiu o dragão-serpente[74] de multíplices roscas, escolhido para guardar a árvore aurífera? Nossa mão vencedora iluminou muitos outros feitos, mas cada um não recebeu os despojos de nossas glórias."

Por ventura podemos nós desprezar a dor, quando vemos o próprio Hércules sofrer de modo tão intolerável?

X. [23] Veniat Aeschylus, non poeta solum, sed etiam Pythagoreus; sic enim accepimus. Quo modo fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum Lemnium!

Unde ignis cluet mortalibus clam
Divisus; eum doctus Prometheus
Clepsisse dolo poenasque iovi
Fato expendisse supremo.

Has igitur poenas pendens adfixus ad Causacum dicit haec:

Titanum suboles, socia nostri sanguinis,
Generata Caelo, aspicite religatum asperis
Vinctumque saxis, navem ut horrisono freto
Noctem paventes timidi adnectunt navitae.
Saturnius me sic infixit iuppiter,
iovisque numen Mulciberi ascivit manus.
Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens
Perrupit artus; qua miser sollertia
Transverberatus castrum hoc Furiarum incolo.
24 iam tertio me quoque funesto die
Tristi advolatu aduncis lacerans unguibus
iovis satelles pastu dilaniat fero.
Tum iecore opimo farta et satiata adfatim
Clangorem fundit vastum et sublime avolans
Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.
Cum vero adesum inflatu renovatumst iecur,
Tum rursum taetros avida se ad pastus refert.
Sic hanc custodem maesti cruciatus alo,
Quae me perenni vivum foedat miseria.
Namque, ut videtis, vinclis constrictus iovis
Arcere nequeo diram volucrem a pectore.

(X) 23. Aproxime-se Ésquilo, não apenas o poeta, mas também o pitagórico; pois assim o recebemos. Como Prometeu[75], na obra dele, suportou a dor que sobreveio por causa do furto dos lemnos[76]! "Donde o fogo dividido é celebrado sem o conhecimento dos mortais; que o sábio Prometeu o teria dolosamente roubado e teria cumprido as penalidades para com Júpiter pela ruina suprema."

Pagando então essas penalidades, preso ao Cáucaso, diz o seguinte:

Rebentos dos titãs, partícipes de nosso sangue, gerados pelo Céu, olhai o preso e acorrentado aos ásperos rochedos, como os tímidos navegadores, temendo a noite, amarram o navio em um estreito produtor de sons horríveis. Júpiter, filho de Saturno, imobilizou-me deste modo e o poder divino de Júpiter chamou a si a mão de (Vulcano) Mulcíbero. Esse, introduzindo cunhas, despedaçou os membros do corpo num trabalho cruel; por causa desse engenho, mísero traspassado, habito esta praça forte das Fúrias.

24. Já no terceiro dia também macabro, dilacerando-me com garras recurvas em voo desolador, a escolta de Júpiter despedaça numa alimentação de fera. Então, abundantemente saciada e empanturrada com o fígado gordo, solta um grito penetrante e, voando alto, com a cauda emplumada se diverte com nosso sangue. Quando, porém, pelo inchaço o fígado está renovado, pronto para ser devorado, outra vez a escolta ávida retorna aos alimentos abomináveis. Assim alimento essa guarda de amarga tortura, que a mim, vivo, me desfigura por um infortúnio perene. E, por isso, como vedes, preso pelas correntes de Júpiter, não consigo afastar do peito a ave cruel.

[25] Sic me ipse viduus pestes excipio anxias
Amore mortis terminum anquirens mali,
Sed longe a leto numine aspellor iovis.
Atque haec vetusta saeclis glomerata horridis
Luctifica clades nostro infixa est corpori,
E quo liquatae solis ardore excidunt
Guttae, quae saxa adsidue instillant Caucasi.

Vix igitur posse videmur ita adfectum non miserum dicere et, si hunc miserum, certe dolorem malum.

XI. [26] Tu quidem adhuc meam causam agis; sed hoc mox videro, interea, unde isti versus? non enim adgnosco. Dicam hercle; etenim recte requiris. Videsne abundare me otio? Quid tum? Fuisti saepe, credo, cum Athenis esses, in scholis philosophorum. Vero, ac libenter quidem. Animadvertebas igitur, etsi tam nemo erat admodum copiosus, verum tamen versus ab eis admisceri orationi. Ac multos quidem a Dionysio Stoico. Probe dicis. Sed is quasi dictata, nullo dilectu, nulla elegantia, Philo et proprium numerum et lecta poemata et loco adiungebat. Itaque postquam adamavi hanc quasi senilem declamationem, studiose equidem utor nostris poetis ; sed sicubi illi defecerunt, verti enim multa de Graecis, ne quo ornamento in hoc genere disputationis careret Latina oratio.

25. Assim eu mesmo solitário recebo flagelos angustiantes, procurando com cuidado o término do mal com desejo da morte, mas sou repelido para longe pelo poder fatídico de Júpiter. E ainda esta velha e tormentosa desgraça, concentrada em terríveis e longos períodos de duração, está fixada em nosso corpo, do qual escapam gotas derretidas pelo ardor do sol, as quais as rochas do Cáucaso frequentemente derramam."

Portanto, parece-nos que dificilmente se pode dizer que tal estado de espírito não seja mísero, e se esse é mísero, certamente a dor é um mal.

(XI) 26. Certamente até aqui tu abraças meu argumento; mas isso logo verei; nesse ínterim, de onde são esses versos? Pois não os reconheço. Vou dizer, por Hércules! Com efeito, o exiges corretamente. O que então? Muitas vezes estiveste, creio eu, nas escolas dos filósofos, quando estavas em Atenas. Certo, e com prazer sem dúvida. Percebias então que, embora ninguém fosse a tal ponto eloquente, mesmo assim por eles eram introduzidos versos no discurso. E muitos de fato o foram por Dionísio, o estóico. Tu o dizes lealmente. Mas esse o fez como que recitados, sem escolha e sem nenhuma elegância; Filão inseria o próprio ritmo, os poemas escolhidos também pela autoridade. Por isso, depois de me ter apaixonado por essa apresentação, por assim dizer envelhecida, com certeza utilizo-me cuidadosamente de nossos poetas; mas se em alguma ocasião eles não subsidiaram, traduzi então muitas obras dos gregos, para que a composição latina não fique sem qualquer ornamento neste tipo de discussão.

[27] Sed videsne, poetae quid mali adferant? Lamentantes inducunt fortissimos viros, molliunt animos nostros, ita sunt deinde dulces, ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. Sic ad malam domesticam disciplinam vitamque umbratilem et delicatam cum accesserunt etiam poetae, nervos omnes virtutis elidunt. Recte igitur a Platone eiiciuntur ex ea civitate quam finxit ille, cum optimos mores et optimum rei publicae statum exquireret. At vero nos, docti scilicet a Graecia, haec a pueritia et legimus et ediscimus, hanc eruditionem liberalem et doctrinam putamus.

XII. [28] Sed quid poetis irascimur? Virtutis magistri, philosophi inventi sunt, qui summum malum dolorem dicerent. At tu, adulescens, cum id tibi paulo ante dixisses videri, rogatus a me, etiamne maius quam dedecus, verbo de sententia destitisti. Roga hoc idem Epicurum; maius dicet esse malum mediocrem dolorem quam maximum dedecus; in ipso enim dedecore mali nihil esse, nisi sequantur dolores. Quis igitur Epicurum sequitur dolor, cum hoc ipsum dicit, summum malum esse dolorem? quo dedecus maius a philosopho nullum expecto. Quare satis mihi dedisti, cum respondisti maius tibi videri malum dedecus quam dolorem. Hoc ipsum enim si tenebis, intelleges quam sit obsistendum dolori; nec tam quaerendum est dolor malumne sit, quam firmandus animus ad dolorem ferendum.

27. Vês, porém, o que os poetas apresentam do mal? Com lamentos seduzem homens muito corajosos, amolecem nossos espíritos, em seguida são tão doces que não só são lidos, mas também são decorados. Desse modo, porque também os poetas abraçaram a má disciplina doméstica e a vida ociosa e aprazível, suprimem todas as forças da virtude. Nessas circunstâncias, esses são justamente excluídos por Platão daquela comunidade, que ele imaginou, quando exigia excelentes costumes e uma ótima situação do Estado. Mas nós, pelo contrário, ensinados pela Grécia, naturalmente, tanto lemos como aprendemos a fundo essas coisas desde a infância e as consideramos cultura e conhecimento digno de uma pessoa livre.

(XII) 28. Mas por que nos irritamos com os poetas? Existem filósofos, mestres da virtude, que afirmaram ser a dor o mal supremo. Mas tu, rapaz, quando disseste pouco antes, ao ser perguntado por mim, que isso te parecia ainda maior do que a desonra, a palavra afastaste da exposição. Pergunta isso da mesma forma a Epicuro; dirá ele que uma dor pequena é um mal maior que a máxima desonra; pois, não haveria nada de mau na própria desonra, a não ser que as dores venham em seguida. Contudo, que espécie de dor acompanha a Epicuro, uma vez que afirma precisamente isso, que a dor é o mal supremo? Pelo que não espero de um filósofo nenhuma desonra maior. Por isso me deste o bastante, quando respondeste que te parece ser a desonra um mal maior que a dor. Contudo, mesmo isso, caso sustentes e compreendas o quanto é preciso resistir à dor; nem se deve tanto questionar se a dor é um mal, quanto deve o espírito ser fortalecido para suportar a dor.

[29] Concludunt ratiunculas Stoici, cur non sit malum; quasi de verbo, non de re laboretur. Quid me decipis, Zeno? Nam cum id, quod mihi horribile videtur, tu omnino malum negas esse, capior et scire cupio quo modo id quod ego miserrimum existimem ne malum quidem sit. "Nihil est", inquit, "malum, nisi quod turpe atque vitiosum est". Ad ineptias redis. Illud enim, quod me angebat, non eximis. Scio dolorem non esse nequitiam; desine id me docere; hoc doce doleam necne doleam, nihil interesse. "Numquam quicquam", inquit, "ad beate quidem vivendum, quod est in una virtute positum ; sed est tamen reiiciendum". Cur? "Asperum est, contra naturam, difficile perpessu, triste, durum".

XIII. [30] Haec est copia verborum, quod omnes uno verbo malum appellamus, id tot modis posse dicere. Definis tu mihi, non tollis dolorem, cum dicis asperum, contra naturam vix quod ferri tolerarique possit; nec mentiris; sed re succumbere non oportebat verbis gloriantem. "Dum nihil bonum, nisi quod honestum, nihil malum, nisi quod turpe" – optare hoc quidem est, non docere. Illud et melius et verius, omnia quae natura aspernetur, in malis esse, quae adsciscat, in bonis. Hoc posito et verborum concertatione sublata tantum tamen excellet illud, quod recte amplexantur isti, quod honestum, quod rectum, quod decorum appellamus, quod idem interdum virtutis nomine amplectimur, ut omnia praeterea, quae bona corporis et fortunae putantur, perexigua et minuta videantur, ne malum quidem ullum nec si in unum locum collata omnia sint, cum turpitudinis malo comparanda.

29. Os estoicos concluem pequenos argumentos, pelos quais a dor não seja um mal, como se se tratasse de palavra não de coisa. Por que me iludes, Zenão? Pois, quando o que me parece horrível, tu negas absolutamente que seja um mal, sofro e desejo saber de que maneira o que eu julgue extremamente mísero, não seja sequer um mal. "Nada existe de mau", – afirma – "a não ser o que é desonesto e vicioso." Voltas ao absurdo. Pois, não suprimes aquilo que me angustiava. Sei que a dor não é uma maldade; desiste de me ensinar isso; ensina o seguinte: Sofra eu ou não sofra, não faz nenhuma diferença. "Nunca", – diz – "seja quem for se fundamenta em uma só virtude, para viver realmente de modo feliz; de fato, porém, a dor deve ser repelida." Por quê? "É desagradável, contra a natureza, dificilmente suportável, triste e dura."

(XIII) 30. Existe tal quantidade de termos, relativamente àquilo que, com uma única palavra, chamamos o mal, que se poderia dizer de outros tantos modos. Tu a defines para mim, não eliminas a dor, quando dizes que ela é desagradável, contra a natureza, que mal possa ser suportada e tolerada; não estás mentindo; mas não era necessário que o presunçoso ocultasse a coisa com palavras. "Enquanto nada é bom, a não ser o que é honesto, nada é mau senão o que é vergonhoso", de fato isso é escolher, não ensinar. O melhor e o mais verdadeiro é isto: Tudo o que a natureza rejeitar está entre os males, tudo o que aceitar está entre as coisas boas. Isto posto e eliminada a discussão dos termos, só se destaca de fato aquilo que esses admitem de modo correto, o que denominamos honesto, reto e honroso, o que da mesma forma por vezes entendemos sob o nome de virtude, de modo que tudo o mais, que é considerado bens do corpo e da felicidade, pareça muito pequeno e sem importância, nem sequer algum mal, mesmo que tudo esteja reunido num só lugar, deve ser comparado com o mal da desonra.

[31] Quare si, ut initio concessisti, turpitudo peius est quam dolor, nihil est plane dolor. Nam dum tibi turpe nec dignum viro videbitur gemere, eiulare, lamentari, frangi, debilitari dolore, dum honestas, dum dignitas, dum decus aderit, tuque in ea intuens te continebis, cedet profecto virtuti dolor et animi inductione languescet. Aut enim nulla virtus est aut contemnendus omnis dolor. Prudentiamne vis esse, sine qua ne intellegi quidem ulla virtus potest? Quid ergo? ea patieturne te quicquam facere nihil proficientem et frustra laborantem, an temperantia sinet te inmoderate facere quicquam, an coli iustitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commissa, prodente conscios, multa officia relinquente?

[32] Quid? fortitudini comitibusque eius, magnitudini animi, gravitati, patientiae, rerum humanarum despicientiae quo modo respondebis? adflictusne et iacens et lamentabili voce deplorans audieris: "O virum fortem!"? Te vero ita adfectum ne virum quidem quisquam dixerit. Amittenda igitur fortitudo est aut sepeliendus dolor.

XIV. Ecquid scis igitur, si quid de Corinthiis tuis amiseris, posse habere te reliquam supellectilem salvam, virtutem autem si unam amiseris (etsi amitti non potest virtus), sed si unam confessus eris te non habere, nullam esse te habiturum?

31. Porque, como concedeste no começo, se a desonra é pior que a dor, a dor é absolutamente nada. Pois, enquanto te parecer desonroso e indigno de um homem gemer, lastimar, lamentar-se, ser quebrado e enfraquecido pela dor, enquanto que se fizerem presentes a honestidade, a dignidade e o decoro, e tu te conterás considerando atentamente essas coisas, com certeza a dor cederá à virtude e se enfraquecerá pela determinação do espírito. Pois, ou não é nenhuma virtude ou toda dor deve ser desprezada. Acaso queres que haja prudência, sem a qual nenhuma virtude pode sequer ser entendida? O que então? Ela consentirá que faças alguma coisa sem que nada aproveites e te esforces em vão, por ventura a temperança permitirá que faças algo sem moderação, por acaso a justiça empreendida poderia ser cultivada por um homem que, por causa da violência da dor, a proclama, trai os confidentes e abandona muitas obrigações?

32. Quê? De que maneira responderás à coragem e a seus acompanhantes, à grandeza de espírito, à seriedade, à paciência e ao menosprezo das coisas humanas? Acaso angustiado, prostrado e deplorando com voz lamentosa, ouvirias: "Ó homem forte!"? Mas ninguém chamaria sequer de 'homem' a ti nessas condições. Portanto, é preciso perder a coragem ou sepultar a dor.

(XIV) Nesse caso, o que há que tu saibas, se perdeste algum de teus coríntios[77], que podes possuir os demais utensílios salvos; mas si tiveres perdido uma só virtude (embora uma virtude não possa ser perdida) e caso confesses não possuir uma, significa que não terás nenhuma?

[33] Num igitur fortem virum, num magno animo, num patientem, num gravem, num humana contemnentem potes dicere aut Philoctetam illum -? a te enim malo discedere; sed ille certe non fortis, qui iacet

in tecto umido,

Quod eiulatu, questu, gemitu, fremitibus

Resonando mutum flebiles voces refert.

Non ego dolorem dolorem esse nego (cur enim fortitudo desideraretur?), sed eum opprimi dico patientia, si modo est aliqua patientia; si nulla est, quid exornamus philosophiam aut quid eius nomine gloriosi sumus? Pungit dolor, vel fodiat sane; si nudus es, da iugulum; sin tectus "vulcaniis armis", id est fortitudine, resiste; haec enim te, nisi ita facies, custos dignitatis relinquet et deseret.

[34] Cretum quidem leges, quas sive iuppiter sive Minos sanxit de iovis quidem sententia, ut poetae ferunt, itemque Lycurgi laboribus erudiunt iuventutem, venando currendo, esuriendo sitiendo, algendo aestuando. Spartae vero pueri ad aram sic verberibus accipiuntur,

Ut multus e visceribus sanguis exeat,

non numquam etiam, ut, cum ibi essem, audiebam, ad necem; quorum non modo nemo exclamavit umquam, sed ne ingemuit quidem. Quid ergo? hoc pueri possunt, viri non poterunt? et mos valet, ratio non valebit?

33. Daí podes considerar homem por acaso corajoso, de grande espírito, paciente, sério, menosprezador das coisas humanas, ou aquele Filotectes (...)? Pois tu te afastas do mal; mas certamente não é corajoso aquele que "jaz numa casa úmida, em que reproduz, pelo ecoar do inanimado, sons fracos com lamentação, queixa, gemido e zumbidos." Eu não nego que exista a dor, dor (por que razão, portanto, a coragem seria desejada?), mas digo que ela deve ser contida pela paciência, se ainda existir alguma paciência; caso não haja nenhuma, por que embelezamos a filosofia ou por que nos tornamos vaidosos sob o nome dela? A dor atormenta ou até perfure; se estiveres sem roupa, dá-lhe a garganta; se, ao contrário, estiveres revestido com as 'armas de Vulcano', isto e, de coragem, resiste. Pois, se não fizeres desse modo, essa guardadora da dignidade te deixará e abandonará.

34. O certo é que as leis dos cretenses, que ou Júpiter ou Minos sancionou, de fato por determinação de Júpiter, conforme relatam os poetas, e da mesma forma pelos esforços de Licurgo, ensinam a juventude pela caça e pela corrida, pela fome e pela sede, pelo frio e pelo calor. Em Esparta, porém, os jovens são recebidos junto ao altar com tais açoites "que muito sangue jorre do corpo", e às vezes também até a morte, segundo eu ouvia quando estava lá. Nenhum deles não só não reclamou, como nem mesmo gemeu. E então? Os jovens podem isso e os homens não puderam? Ainda o costume tem valor, a razão não o terá?

XV. [35] Interest aliquid inter laborem et dolorem. Sunt finitima omnino, sed tamen differt aliquid. Labor est functio quaedam vel animi vel corporis gravioris operis et muneris, dolor autem motus asper in corpore alienus a sensibus. Haec duo Graeci illi, quorum copiosior est lingua quam nostra, uno nomine appellant. Itaque industrios homines illi studiosos vel potius amantis doloris appellant, nos commodius laboriosos; aliud est enim laborare, aliud dolere. O verborum inops interdum, quibus abundare te semper putas, Graecia! Aliud, inquam, est dolere, aliud laborare. Cum varices secabantur C. Mario, dolebat; cum aestu magno ducebat agmen, laborabat. Est inter haec quaedam tamen similitudo; consuetudo enim laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem.

[36] Itaque illi qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, corpora iuvenum firmari labore voluerunt. Quod Spartiatae etiam in feminas transtulerunt quae ceteris in urbibus mollissimo cultu "parietum umbris occuluntur". Illi autem voluerunt nihil horum simile esse

apud Lacaenas virgines
Quibus magis palaestra, Eurota, sol, pulvis, labor,
Militia in studio est quam fertilitas barbara.

Ergo his laboriosis exercitationibus et dolor intercurrit non numquam, impelluntur, feriuntur, abiiciuntur, cadunt, et ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori.

(XV) 35. Existe algo entre o trabalho e a dor. São extremamente próximos, mas de fato algo os distingue. O trabalho é alguma atividade do espírito ou do corpo em uma obra e uma função mais séria; a dor, porém, é uma agitação desagradável no corpo, estranha aos sentidos. Os gregos, cuja língua é mais rica que a nossa, denominam esses dois conceitos com um só termo. Por isso, aqueles denominam homens zelosos os esforçados, ou melhor, amantes da dor; nós mais comodamente os chamamos laboriosos, pois uma coisa é trabalhar e outra, sentir dor. Ó Grécia por vezes carente de palavras, as quais te julgas sempre ter em abundância! Uma coisa – digo – é trabalhar e outra, sentir dor. Quando as varizes de Caio Mário eram cortadas, doíam; quando comandava o exército em marcha sob intenso calor, trabalhava. Há, contudo, entre essas situações uma certa semelhança, pois o hábito dos trabalhos torna mais fácil o suportar das dores.

36. Em vista disso, os que deram a configuração dos interesses públicos na Grécia, quiseram que os corpos dos jovens fossem robustecidos pelo trabalho. Isso os espartanos impuseram também às mulheres, que nas outras cidades, em situação muito ociosa, "são escondidas pelas sombras das paredes". Não quiseram eles, contudo, nada de semelhante "em relação às moças espartanas, para as quais mais convêm, na dedicação, o exercício de luta, o Eurotas[78], o sol, a poeira, o trabalho e o serviço militar do que a opulência dos estrangeiros".

Portanto, por esses exercícios trabalhosos, e a dor às vezes se interpõe, são estimuladas, são machucadas, são atiradas ao chão, caem, e a própria dor produz como que uma calosidade contra si mesma.

XVI. [37] Militiam vero – nostram dico, non Spartiatarum, quorum procedit ad modum acies ac tibiam, nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus hortatio; nostri exercitus primum unde nomen habeant, vides; deinde qui labor, quantus agminis: ferre plus dimidiati mensis cibaria, ferre, si quid ad usum velint ferre vallum; nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant quam umeros, lacertos, manus. Arma enim membra militis esse dicunt; quae quidem ita geruntur apte, ut si usus fuerit, abiectis oneribus expeditis armis ut membris pugnare possint. Quid? exercitatio legionum, quid? ille cursus, concursus, clamor quanti laboris est! Ex hoc ille animus in proeliis paratus ad vulnera. Adduc pari animo inexercitatum militem, mulier videbitur.

[38] Cur tantum interest inter novum et veterem exercitum quantum experti sumus? Aetas tironum plerumque melior, sed ferre laborem, contemnere vulnus consuetudo docet. Quin etiam videmus ex acie efferri saepe sancios, et quidem rudem illum et inexercitatum quamvis levi ictu ploratus turpissimos edere; at vero ille exercitatus et vetus ob eamque rem fortior medicum modo requirens, a quo obligetur:

O Patricoles, inquit, ad vos adveniens auxilium et vestras manus
Peto, prius quam oppeto malam pestem mandatam hostili manu,
Neque sanguis ullo potis est pacto profluens consistere,
Si qui sapientia magis vestra mors devitari potest.
Namque Aesculapi liberorum saucii opplent porticus;
Non potest accedi -
Certe Enrypylus hic quidem est, hominem, exercitum!

(XVI) 37. Refiro-me, porém, ao serviço militar – nosso, não dos espartanos, uma vez que o deles, até ao limite, se estende à linha de batalha e à flauta e não se emprega encorajamento algum sem pés anapésticos[79]; de onde nossos exércitos inicialmente receberam o nome, tu vês; em seguida, que trabalho, quanta movimentação: transportar a alimentação de mais de meio mês, levar objetos para uso próprio, caso queiram, e construir trincheira; em verdade, nossos soldados não contam mais o escudo, a espada e o capacete como peso, do que os ombros, os músculos e as mãos. Pois dizem que as armas são membros dos soldados; de fato elas são manejadas de modo tão adequado que, se for o caso, jogando fora esses pesos, possam lutar com os membros como armas sem embaraço. O quê? A exercitação das legiões, como? Aquela corrida, aquele ajuntamento e aqueles gritos quanto trabalho representam! Disso provém aquele espírito preparado para os ferimentos. Leva um soldado despreparado de semelhante espírito, parecerá uma mulher.

38. Por que razão há tanta diferença entre o novo e o antigo exército quanto nós experimentamos? A época dos recrutas sobretudo é melhor, mas a experiência ensina a suportar o trabalho e a menosprezar os ferimentos. Caso contrário, também vemos muitas vezes os íntegros serem retirados da linha de batalha e, na verdade, aquele rude e despreparado emitir uma choradeira extremamente vergonhosa, embora atingido com leve golpe; ao contrário, porém, aquele preparado e veterano, por isso mais forte, pedindo logo um médico, pelo qual é enfaixado, diz:

"Ó cultores da pátria, chegando até vós, peço auxílio e vossas mãos, antes que eu afronte o péssimo flagelo, causado por mão inimiga; nem o sangue escorrendo é capaz de obstar alguma promessa, se alguém puder evitar a morte mais que vossa sabedoria. O fato é que os feridos abarrotam os pórticos dos filhos de Esculápio[80]; não é possível aproximar-se – o certo que é Eurípilo[81] está aqui – um homem, um exército!"

XVII. [39] Ubi tantum luctus continuatur, vide quam non flebiliter respondeat, rationem etiam adferat cur aequo animo sibi ferendum sit:

Qui alteri exitium parat,
Eum scire oportet sibi paratam pestem ut participet parem.

Abducet Patricoles, credo, ut collocet in cubili, ut vulnus obliget. Siquidem homo esset; sed nihil vidi minus. Quaerit enim quid actum sit:

Eloquere, eloquere, res Argiuum proelio ut se sustinet.
Non potest ecfari tantum dictis, quantum factis suppetit
Laboris.

Quiesce igitur et vulnus adliga. Etiamsi Eurypylus posset, non posset Aesopus:

Ubi fortuna Hectoris nostram acrem aciem inclinatam...

et cetera explicat in dolore. Sic est enim intemperans militaris in forti viro gloria. Ergo haec veteranus miles facere poterit, doctus vir sapiensque non poterit? Ille vero melius, ac non paulo quidem.

[40] Sed adhuc de consuetudine exercitationis loquor, nondum de ratione et sapientia. Aniculae saepe inediam biduum aut triduum ferunt. Subduc cibum unum diem athletae: iovem, iovem Olympium, eum ipsum cui se exercebit, implorabit, ferre non posse clamabit. Consuetudinis magna vis est. Pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiantur, inde pugiles caestibus contusi ne ingemescunt quidem.

(XVII) 39. Onde só a dor persiste, veja como responde de modo tão pouco lamentoso e apresente também a razão pela qual deva suportar com tranquilidade:

"Quem prepara a ruína para outro, convém que saiba que a prepara para si mesmo, de modo que a sofra de modo igual."

Levá-lo-ão, creio, para colocá-lo em um leito e a ferida ser enfaixada. Se ao menos fosse um homem; mas não vi nada nesse sentido. Pergunta o que teria sido feito: "Dize, dize, como se mantém a situação dos gregos no combate. Não se pode expressar por palavras tanto quanto de trabalho os fatos apresentam à farta."

Por isso, descansa e cobre o ferimento.

"Ainda que Eurípilo pudesse, não o poderia Esopo: 'Assim que a sorte de Heitor (abandonou) nossa cortante linha de batalha declinante..." e explica o resto entre dores. Assim é, pois, a incontida glória militar em homem corajoso. Logo, se um soldado veterano puder fazer essas coisas, não poderia um homem douto e sábio? Certamente melhor e de fato não pouco.

40. Mas ainda estou falando sobre a tradição da exercitação, ainda não a respeito da razão e da sabedoria. As velhinhas aguentam a privação de alimento por dois ou três dias. Retire o alimento de um atleta por um dia: Júpiter, Júpiter Olímpico! Implorará àquele mesmo para quem se exercitaria, clamará não poder aguentar. Grande é a força do costume. Os caçadores passam noites na neve, suportam serem queimados nas montanhas, daí os pugilistas, feridos pelos golpes de cesto[82], nem sequer gemem.

[41] Sed quid hos quibus Olympiorum victoria consulatus ille antiquus videtur? gladiatores, aut perditi homines aut barbari, quas plagas perferunt! quo modo illi, qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt quam turpiter vitare! quam saepe apparet nihil eos malle quam vel domino satis facere vel populo! mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos qui quaerant quid velint; si satis eis factum sit, se velle decumbere. Quis mediocris gladiator ingemuit, quis vultum mutavit umquam? quis non modo stetit, verum etiam decubuit turpiter? quis, cum decubuisset, ferrum recipere iussus collum contraxit? Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet. Ergo hoc poterit

Samnis, spurcus homo, vita illa dignus locoque,

vir natus ad gloriam ullam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione et ratione conroboret? Crudele gladiatorum spectaculum et inhumanum non nullis videri solet, et haud scio an ita sit, ut nunc fit. Cum vero sontes ferro depugnabant, auribus fortasse multae, oculis quidem nulla poterat esse fortior contra dolorem et mortem disciplina.

XVIII. [42] De exercitatione et consuetudine et commentatione dixi; age sis, nunc de ratione videamus, nisi quid vis ad haec.

Egone ut te interpellem? ne hoc quidem vellem; ita me ad credendum tua ducit oratio.

Sitne igitur malum dolere necne, Stoici viderint, qui contortulis quibusdam et minutis conclusiunculis nec ad sensus permanantibus effici volunt non esse malum dolorem. Ego illud, quicquid sit tantum esse quantum videatur non puto, falsaque eius visione et specie moveri homines dico vehementius, doloremque omnem esse tolerabilem. Unde igitur ordiar? an eadem breviter attingam quae modo dixi, quo facilius oratio progredi possit longius?

41. Mas que te parece dos gladiadores aos quais foi conferido aquele antigo consulado pela vitória dos mortais dignos do Olimpo? Homens perdidos ou bárbaros que suportam tamanhos golpes! Do modo que os que foram bem formados preferem receber os golpes que evitá-los com desonra! Quão frequentemente é evidente que nada mais preferem do que satisfazer ao senhor ou ao povo! Mesmo cobertos de feridas deixam ir aos senhores, a fim de perguntarem o que querem: se estão satisfeitos, querem cair mortos. Que gladiador mediano soltou gemidos, qual deles alguma vez alterou o rosto? Quem não apenas ficou de pé, como também caiu combatendo sem honra? Quem, depois de ter tombado, mandado receber o ferro, retraiu o pescoço? Tão grande valor têm o exercício, a preparação e o hábito. Portanto, poderia isso 'o homem de Sâmnio[83], sujo, digno daquela vida e daquela posição' – o homem, nascido para a glória, haveria de ter alguma parte do espírito tão enfraquecida que não a reforce pela preparação e pela razão? O espetáculo dos gladiadores costuma ser visto por alguns como cruel e desumano, e não sei se seja assim como se faz agora. Quando, porém, culpados lutavam ferozmente com ferros, talvez muitas instruções para os ouvidos, mas certamente nenhuma para os olhos, pudessem ser mais eficientes contra a dor e a morte.

(XVIII) 42. Falei sobre os exercícios, o costume e da preparação cuidadosa. Vamos, caso queiras: vejamos agora algo sobre a razão, a não ser que queiras algo antes disso. Que eu te interpele? De fato não queria isso; assim tua fala me leva a crer. Que sentir dor seja um mal ou não, cuidem disso os estoicos, que querem, com algumas conclusõezinhas distorcidas e fracas e sem atingir os sentidos, que seja estabelecido que a dor não é um mal. Eu não avalio o fato de que algo seja tão grande quanto pareça e afirmo com mais veemência que os homens são movidos por falsa visão e aparência dela e que toda dor é tolerável. Afinal, por onde começo a expor? Reporto-me com brevidade às mesmas coisas que disse há pouco, para que a exposição possa avançar para mais longe?

[43] Inter omnes igitur hoc constat, nec doctos homines solum, sed etiam indoctos, virorum esse fortium et magnanimorum et patientium et humana vincentium toleranter dolorem pati; nec vero quisquam fuit qui eum qui ita pateretur non laudandum putaret. Quod ergo et postulatur a fortibus et laudatur, cum fit, id aut extimescere veniens aut non ferre praesens nonne turpe est? Atqui vide ne, cum omnes rectae animi adfectiones virtutes appellentur, non sit hoc proprium nomen omnium, sed ab ea quae una ceteris excellebat, omnes nominatae sint. Appellata est enim ex viro virtus; viri autem propria maxime est fortitudo, cuius munera duo sunt maxima, mortis dolorisque contemptio. Utendum est igitur his, si virtutis compotes, vel potius si viri volumus esse, quoniam a viris virtus nomen est mutuata. Quaeres fortasse quo modo, et recte; talem enim medicinam philosophia profitetur.

43. Entre todos, portanto, consta que não só homens instruídos como também os incultos suportam a dor com tolerância e que isso é próprio dos homens fortes, magnânimos, pacientes e vencedores das condições humanas. De fato não houve ninguém que a tenha suportado desse modo que não julgasse dever ser louvado. Logo, o que tanto é exigido como é louvado pelos fortes, quando se realiza, vindo a assustar ou não se dispondo a suportar, por ventura não é desonroso? E vê que, porquanto todas as boas inclinações do espírito sejam chamadas virtudes e não seja esse o nome adequado a todas, mas a partir de uma delas que sobressaiu às demais, todas foram assim denominadas. Pois de *vir* "varão" foi denominada *virtus* "virtude", mas a coragem é própria sobretudo do homem, cujas funções máximas são duas: o menosprezo da morte e o desprezo da dor. Por conseguinte, essas devem ser exercidas, se possuidores da virtude, ou antes se quisermos ser homens, porque o nome *virtus* foi emprestado de *vir*. Talvez perguntarás de que modo, e o fazes corretamente; pois a filosofia proporciona tal remédio.

XIX. [44] Venit Epicurus, homo minime malus vel potius vir optimus; tantum monet quantum intellegit. «Neglege», inquit, «dolorem». Quis hoc dicit? Idem qui dolorem summum malum. Vix satis constanter. Audiamus. «Si summus dolor est», inquit, «necesse est brevem esse». «Iteradum eadem ista mihi!» non enim satis intellego quid summum dicas esse, quid breve. «Summum, quo nihil sit superius, breve, quo nihil brevius. Contemno magnitudinem doloris, a qua me brevitas temporis vindicabit ante paene quam venerit». Sed si est tantus dolor quantus Philoctetae? «Bene plane magnus mihi quidem videtur, sed tamen non summus; nihil enim dolet nisi pes; possunt oculi, potest caput latera, pulmones, possunt omnia. Longe igitur abest a summo dolore. Ergo, inquit, dolor diuturnus habet laetitiae plus quam molestiae».

[45] Nunc ego non possum tantum hominem nihil sapere dicere, sed nos ab eo derideri puto. Ego summum dolorem («summum» autem dico, etiamsi decem atomis est maior alius) non continuo esse dico brevem multosque possum bonos viros nominare, qui complures annos doloribus podagrae crucientur maximis. Sed homo catus numquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum, ut sciam quid summum dicat in dolore, quid breve in tempore. Omittamus hunc igitur nihil prorsus dicentem cogamusque confiteri non esse ab eo doloris remedia quaerenda, qui dolorem malorum omnium maximum dixerit, quamvis idem forticulum se in torminibus et in stranguria sua praebeat. Aliunde igitur est quaerenda medicina, et maxime quidem, si quid maxime consentaneum sit, quaerimus, ab eis quibus, quod honestum sit, summum bonum, quod turpe, summum videtur malum. His tu praesentibus gemere et iactare te non audebis profecto; loquetur enim eorum voce Virtus ipsa tecum:

(XIX) 44. Vem Epicuro, homem de forma alguma mau ou preferentemente ótimo; instrui tanto quanto consegue entender. Diz: "Desdenha a dor." Quem diz isso? O mesmo que afirma ser a dor o mal supremo. Com algum esforço, muito constante. Ouçamos: "Se a dor é suprema, é preciso que seja breve" – diz ele. "Essas mesmas afirmações devem ser repetidas para mim!"– pois não entendo suficientemente bem o que dizes ser supremo e o que, breve. "Supremo é aquilo a que nada é superior, é breve, a que nada é mais breve. Menosprezo a magnitude da dor, da qual a brevidade do tempo me vingará, quase antes que ela chegue." Mas acaso a dor para ele é tão grande quanto para Filotectes? "Bem me parece que é evidentemente grande, mas certamente não suprema; pois nada dói a não ser o pé; podem doer os olhos, podem doer a cabeça, o tronco, os pulmões, tudo pode. Mesmo assim, fica longe da dor suprema. Portanto," diz ele, "a dor persistente tem mais de alegria do que de incômodo."

45. Agora eu não posso apenas dizer que o homem nada sabe, mas julgo que somos ridicularizados por ele. Eu não digo que a dor suprema (mas digo "suprema", ainda que haja outra dez átomos maior) não contínua é breve e posso nomear muitos homens bons, que durante muitos anos foram atormentados pelas dores máximas da gota. O homem sagaz, porém, nunca delimita a medida nem da magnitude nem da duração, para que saiba o que afirma ser "supremo" na dor e o que seja "breve" no tempo. Deixemos de lado, então, a esse que não diz absolutamente nada e somos forçados a reconhecer que por esse não se deve procurar remédios para a dor, que afirmou ser a dor o máximo de todos os males, embora o mesmo se mostre um tanto corajoso nas cólicas intestinais e na retenção da urina. Logo, é preciso buscar o remédio em outro lugar; e, caso haja algo com consenso geral, então perguntamos sobretudo àqueles aos quais parece que o bem supremo é aquilo que é honesto e o mal supremo, o que é desonroso. Certamente tu não ousarás vangloriar-te ou gemer na presença deles; pois, a própria Virtude falará contigo pela voz deles:

XX. [46] "Tune, cum pueros Lacedaemone, adulescentes Olympiae, barbaros in harena videris excipientis gravissimas plagas et ferentis silentio, si te forte dolor aliquis pervellerit, exclamabis ut mulier, non constanter et sedate feres?" "Fieri non potest; natura non patitur." – Audio. Pueri ferunt gloria ducti, ferunt pudore alii, multi metu, et tamen veremur, ut hoc, quod a tam multis et quod tot locis perferatur, natura patiatur? Illa vero non modo patitur, verum etiam postulat; nihil enim habet praestantius, nihil quod magis expetat quam honestatem, quam laudem, quam dignitatem, quam decus. Hisce ego pluribus nominibus unam rem declarari volo, sed utor, ut quam maxime significem, pluribus. Volo autem dicere illud homini longe optimum esse, quod ipsum sit optandum per se, a virtute profectum vel in ipsa virtute situm, sua sponte laudabile, quod quidem citius dixerim solum quam non summum bonum. Atque ut haec de honesto, sic de turpi contraria, nihil tam taetrum, nihil tam aspernandum, nihil homine indignius.

[47] Quod si tibi persuasum est (principio enim dixisti plus in dedecore mali tibi videri quam in dolore), reliquum est ut tute tibi imperes; quamquam hoc nescio quo modo dicatur. Quasi duo simus, ut alter imperet, alter pareat; non inscite tamen dicitur.

XXI. Est enim animus in partis tributus duas, quarum altera rationis est particeps, altera expers. Cum igitur praecipitur ut nobismet ipsis imperemus, hoc praecipitur, ut ratio coerceat temeritatem. Est in animis omnium fere natura molle quiddam, demissum, humile, enervatum quodam modo et languidum. Si nihil esset aliud, nihil esset homine deformius; sed praesto est domina omnium et regina ratio, quae conixa per se et progressa longius fit perfecta virtus. Haec ut imperet illi parti animi quae oboedire debet, id videndum est viro.

(XX) 46. “Por ventura tu não gritarás como uma mulher e não aguentarás com paciência e calma, quando vires os meninos em Esparta, os adolescentes em Olímpia e os bárbaros na arena recebendo ferimentos gravíssimos e suportando-os em silêncio?” “Não pode ser; a natureza não suporta.” – Ouço. Os meninos aguentam, levados pela glória, outros suportam por pudor, muitos pelo medo, e contudo receamos que a natureza admita aquilo que é suportado por tantos e em tantos lugares? De fato, ela não só admite, como também exige; pois nada tem de mais eficaz, nada mais espera do que a honestidade, que o louvor, que a dignidade e que a honra. Quero significar, com esses vários termos, uma só coisa; uso, porém, vários, para expressar o máximo possível. Mas quero afirmar que, de longe, o melhor para o homem é aquilo que é desejável por si mesmo, proveniente da virtude ou situado nela mesma, louvável por sua própria natureza, o que eu só não teria dito mais diretamente que dissesse o sumo bem. E como isso se refere ao que é honesto, da mesma forma o contrário ao desonroso, nada é tão desagradável, nada tão desprezível, nada mais indigno ao homem.

47. Uma vez que tu te persuadiste (pois no começo disseste que te parecia haver maior mal na desonra do que na dor), resta que te ordenes com segurança, embora eu não saiba como se diria isso. Como se fôssemos dois, de modo que um mande e o outro obedeça, ainda que não se diga de modo grosseiro.

(XXI) Pois o espírito está repartido em duas partes, uma das quais participa da razão e a outra não. Assim, quando nos é ordenado que nos comandemos a nós mesmos, é ordenado que a razão controle a temeridade. Há no espírito de todos, como que por natureza, algo fraco, abandonado, humilde, de algum modo insensível e inativo. Se não houvesse mais nada, nada seria mais aviltante do que o homem; mas está disponível a razão, senhora e rainha de tudo, que, indulgente por si mesma e mais avançada, se torna a virtude perfeita. Assim que essa dê uma ordem àquela parte do espírito que deve obedecer, isso deve ser considerado pelo homem.

[48] “Quonam modo?” inquies. Vel ut dominus servo vel ut imperator militi vel ut parens filio. Si turpissime se illa pars animi geret quam dixi esse mollem, si se lamentis muliebriter lacrimisque dedet, vinciatur et constringatur amicorum propinquorumque custodiis; saepe enim videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur. Ergo hos quidem ut famulos vinclis prope ac custodia, qui autem erunt firmiores nec tamen robustissimi, hos admonitu oportebit ut bonos milites revocatos dignitatem tueri. Non nimis in Niptris ille sapientissimus Graeciae saucius lamentatur vel modice potius:

Pedetemptim, inquit ite et sedato nisu,
Ne succussu arripiat maior
Dolor.

[49] Pacuvius hoc melius quam Sophocles (apud illum enim perquam febiliter Ulixes lamentatur in vulnere); tamen huic leviter gementi illi ipsi qui ferunt saucium, personae gravitatem intuentes non dubitant dicere:

Tu quoque, Ulixes, quamquam graviter
Cernimus ictum, nimis paene animo es
Molli, qui consuetus in armis
Aevom agere...

Intellegit poeta prudens ferendi doloris consuetudinem esse non contemnendam magistram.

48. “De que modo?” – perguntarás. Como o senhor pelo servo, ou como o comandante pelo militar, ou como o pai pelo filho. Caso aquela parte do espírito, que afirmei ser fraca, se comportar de modo muito desonroso, que seja acorrentada e imobilizada pela vigilância dos amigos e dos parentes; muitas vezes, porém, os vemos quebrados pela vergonha, que não seriam vencidos por nenhuma razão. Portanto, a esses de fato convirá velar como domésticos quase acorrentados e vigiados, mas os que forem mais decididos, ainda que não muito fortes, a esses convirá guardar com admoestações, como bons soldados reconduzidos à dignidade. Nas *Purificações*[84], o grandemente sábio da Grécia, ferido, não se lamenta demais, ou antes, moderadamente:

“Andando com precaução” – diz – “ide e com movimento suave, para que dor maior não vos surpreenda pelo abalo.”

49. Pacúvio tratou esse ponto melhor que Sófocles (pois em sua obra Ulisses se lamenta de modo inteiramente entrecortado pelas lágrimas); contudo, as personagens, as mesmas que carregam o ferido, vendo a gravidade, não têm dúvida em dizer ao que gemia levemente:

“Tu também, Ulisses, ainda que o vejamos atingido gravemente, és de espírito um tanto fraco demais, tu que estás acostumado a levar a vida nas armas...”.

O prudente poeta compreende que o costume de suportar a dor é um mestre que não deve ser desprezado.

[50] Atque ille non inmoderate magno in dolore:

Retinete, tenete! opprimit ulcus ;
Nudate! heu miserum me! excrucior.

Incipit labi, deinde ilico desinit:

Operite, abscedite, iam iam
Mittite ; nam attrectatu et quassu
Saevum amplificatis dolorem.

Videsne ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? Itaque in extremis Niptris alios quoque obiurgat, idque moriens:

Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet.
Id viri est officium, fletus muliebri ingenio additus.

Huius animi pars illa mollior rationi sic paruit, ut severo imperatori miles pudens.

XXII. [51] In quo vero erit perfecta sapientia (quem adhuc nos quidem vidimus neminem; sed philosophorum sententiis, qualis hic futurus sit, si modo aliquando fuerit, exponitur), is igitur sive ea ratio quae erit in eo perfecta atque absoluta sic illi parti imperabit inferiori, ut iustus parens probis filiis ; nutu, quod volet, conficiet, nullo labore, nulla molestia; eriget ipse se, suscitabit, instruet, armabit, ut tamquam hosti sic obsistat dolori. Quae sunt ista arma? Contentio, confirmatio sermoque intimus, cum ipse secum: “Cave turpe quicquam, languidum, non virile”.

50. E aquele, numa grande mas não desmedida dor: “Parai, suspendei! A chaga acabrunha. Descobri! Ai de mim, infeliz! Sofro tormentos.”

Começa a cambalear e logo em seguida desiste:

“Cobri, escondei, deixai-me ir já, já, porque intensificais a dor cruel pelo contato e pelo abalo.”

Vês como não cessou a dor abrandada do corpo, mas a dor contida do espírito? Por isso censura também os outros, no final das *Purificações*, mesmo morrendo: “É conveniente deplorar a sorte adversa, não a lamentar. Essa é atividade própria de homem, o choro é entrada para o temperamento feminil.” Essa parte do seu espírito pareceu assim mais fraca perante a razão, do que o soldado prudente perante o chefe severo.

(XXII) 51. Mas em quem estará a perfeita sabedoria (até agora ainda de fato não vimos ninguém; mas é exposto pelas afirmações dos filósofos, qual virá a ser esse, caso algum dia venha a existir), esse, em consequência, ou se a razão, que estiver nele, for perfeita e absoluta, desse modo dará ordens àquela parte inferior, como o pai junto a filhos honrados, com um sinal de cabeça realizará o que quiser sem nenhum trabalho, sem nenhum incômodo; ele mesmo se erguerá, se estimulará, se instruirá e se armará, de modo que resista à dor como a um inimigo. Quais são essas armas? Contenção, consolidação e diálogo íntimo, como consigo mesmo: “Tome cuidado com qualquer coisa desonrosa, langorosa e não viril.”

[52] Obversentur species honestae animo, Zeno proponatur Eleates, qui perpessus est omnia potius quam conscios delendae tyrannidis indicaret; de Anaxarcho Democritio cogitetur, qui cum Cypri in manus Timocreontis regis incidisset, nullum genus supplicii deprecatus est neque recusavit. Callanus Indus, indoctus ac barbarus, in radicibus Caucasi natus, sua voluntate vivus combustus est; nos, si pes condoluit si dens, ferre non possumus. Opinio est enim quaedam effeminata ac levis – nec in dolore magis quam eadem in voluptate –, qua cum liquescimus fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus.

[53] At vero C. Marius, rusticanus vir, sed plane vir, cum secaretur, ut supra dixi, principio vetuit se alligari, nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus. Cur ergo postea alii? Valuit auctoritas. Videsne igitur opinionis esse, non naturae malum? Et tamen fuisse acrem morsum doloris idem Marius ostendit; crus enim alterum non praebuit. Ita et tulit dolorem ut vir, et ut homo maiorem ferre sine causa necessaria noluit.

Totum igitur in eo est, ut tibi imperes. Ostendi autem, quod esset imperandi genus; atque haec cogitatio, quid patientia, quid fortitudine, quid magnitudine animi dignissimum sit, non solum animam comprimit, sed ipsum etiam dolorem nescio quo pacto mitiorem facit.

52. Observem-se as formas honestas para o espírito; proponha-se Zenão Eleates[85], que aguentou tudo de preferência a denunciar os cúmplices que pretendiam destruir a tirania; pense-se a respeito de Anaxarco Democrítio[86] que, tendo caído nas mãos do rei Timocreonte de Chipre, não suplicou a suspensão de nenhuma espécie de suplício nem se esquivou. Calano[87], o indu, inculto e bárbaro, nascido no sopé do Cáucaso, queimou-se vivo por sua própria vontade; e nós, se doeu o pé ou o dente, não podemos suportar. Pois existe certa crença efeminada e leviana – não mais na dor do que na própria vontade – pela qual não podemos suportar sem gritos a picada de uma abelha, sempre que nos efeminamos e nos amolecemos pela fraqueza.

53. Ao contrário, porém, Caio Mário, homem do campo, mas inteiramente homem, quando era operado, de início proibiu, como disse anteriormente, que fosse amarrado, e não há notícia de que alguém tenha sido operado sem ser amarrado antes de Mário. Portanto, por que não os outros posteriormente? O exemplo teve força. Não vês desse modo que se trata de um mal de opinião, não da natureza? E mesmo assim Mário mostrou igualmente que a mordida da dor foi terrível; não ofereceu, porém, a outra perna. Assim tanto suportou a dor como homem como não quis suportar outra maior sem necessidade. Tudo reside, portanto, nisso: que dês a ordem a ti mesmo. Mas mostrei qual seria o tipo de ordem; e essa decisão, que de paciência, que de coragem e que de grandeza de alma seja muito digna, não apenas contém a alma, mas também torna a dor mais suave, não sei de que forma.

XXIII. [54] Ut enim fit in proelio, ut ignavus miles ac timidus, simul ac viderit hostem, abiecto scuto fugiat, quantum possit, ob eamque causam pereat non numquam etiam integro corpore, cum ei qui steterit, nihil tale evenerit, sic qui doloris speciem ferre non possunt, abiiciunt se atque ita adflicti et exanimati iacent; qui autem restiterunt, discedunt saepissime superiores. Sunt enim quaedam animi similitudines cum corpore. Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt, simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere.

[55] Et, si verum quaerimus, in omnibus officiis persequendis animi est adhibenda contentio; ea est sola offici tamquam custodia. Sed hoc idem in dolore maxime est providendum, ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter muliebriterve faciamus, in primisque refutetur ac reiiciatur Philocteteus ille clamor. Ingemescere non numquam viro concessum est, idque raro, eiulatus ne mulieri quidem. Et hic nimirum est “lessus”, quem duodecim tabulae in funeribus adhiberi vetuerunt.

[56] Nec vero umquam ne ingemescit quidem vir fortis ac sapiens, nisi forte ut se intendat ad firmitatem, ut in stadio cursores exclamant quam maxime possunt. Faciunt idem, cum exercentur, athletae, pugiles vero, etiam cum feriunt adversarium, in iactandis caestibus ingemescunt, non quod doleant animove succumbant, sed quia profundenda voce omne corpus intenditur venitque plaga vehementior.

XXIV. Quid? qui volunt exclamare maius, nam satis habent latera, fauces, linguam intendere, e quibus elici vocem et fundi videmus? Toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis adserviunt.

(XXIII) 54. Pois, como acontece em combate, que o soldado covarde e medroso, assim que vir o inimigo, jogando fora o escudo, fuja quanto puder e por isso pereça às vezes também de corpo inteiro, enquanto nada disso acontece ao que tiver permanecido, do mesmo modo os que não podem suportar o fantasma da dor, renunciam a si mesmos e assim jazem aflitos e sufocados, mas os que resistiram, emergem muitíssimas vezes em grau mais elevado. Pois existem algumas semelhanças do espírito com o corpo. Como os encargos são mais facilmente realizados por corpos bem dispostos, eles incomodam os insatisfeitos, de modo muito semelhante o espírito, por sua contenção, afasta todo peso dos encargos, mas pela insatisfação fica tão oprimido que não consegue se levantar.

55. E, se procurarmos a verdade, é necessário usar esforço na realização de todos os trabalhos do espírito; é ele como que o guarda do trabalho. Mas isso deve ser previsto, da mesma forma, especialmente na dor, para que não façamos nada de abjeto, de tímido, de covarde, de servil ou de feminil e, sobretudo, para que se desdiga e se rejeite aquele vozerio de Filoctetes[88]. Por vezes se permite ao homem gemer, e isso até raramente; a lamentação, nem sequer às mulheres. E aqui se enquadra certamente a "lamentação fúnebre", que as Doze Tábuas proibiram que se usasse nos funerais.

56. O homem corajoso e sábio, porém, nunca geme, a não ser casualmente para que reforce a firmeza de caráter, como os corredores no estádio bradam o mais que podem. Os atletas fazem o mesmo quando se exercitam; os pugilistas, porém, gemem também quando ferem o adversário, ao golpear com as luvas, não porque sintam dor ou se deixem abater, mas porque todo o corpo se reforça pela voz emitida e o golpe se torna mais poderoso.

(XXIV) O quê? Os que querem bradar mais alto, pois têm para esforçar pulmões, garganta e língua suficientes, de que vemos provir e ser difundida a voz? Prestam-se ao esforço da voz com o corpo todo e todas as unhas, como se diz.

[57] Genu mehercule M. Antonium vidi, cum contente pro se ipse lege Varia diceret, terram tangere. Ut enim balistae lapidum et reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius, sic vox, sic cursus, sic plaga hoc gravior, quo est missa contentior. Cuius contentionis cum tanta vis sit, si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur; sin erit ille gemitus elamentabilis, si inbecillus, si abiectus, si flebilis, ei qui se dederit vix eum virum dixerim. Qui quidem gemitus si levationis aliquid adferret, tamen videremus, quid esset fortis et animosi viri; cum vero nihil imminuat doloris, cur frustra turpes esse volumus? Quid est enim fletu muliebri viro turpius?

[58] Atque hoc praeceptam, quod de dolore datur, patet latius. Omnibus enim rebus, non solum dolori, simili contentione animi resistendum est. Ira exardescit, libido concitatur; in eandem arcem confugiendum est, eadem sunt arma sumenda. Sed quoniam de dolore loquimur, illa omittamus. Ad ferendum igitur dolorem placide atque sedate plurimum proficit toto pectore, ut dicitur, cogitare quam id honestum sit. Sumus enim natura, ut ante dixi (dicendum est enim saepius), studiosissimi adpetentissimique honestatis; cuius si quasi lumen aliquod aspeximus, nihil est quod, ut eo potiamur, non parati simus et ferre et perpeti. Ex hoc cursu atque impetu animorum ad aeram laudem atque honestatem illa pericula adeuntur in proeliis; non sentiunt viri fortes in acie vulnera, vel sentiunt, sed mori malunt quam tantum modo de dignitatis gradu demoveri.

57. Por Hércules, vi Marco Antônio tocar a terra com o joelho, quando se declarava ele mesmo, com entusiasmo, a favor da lei *Vária*. Pois, como as balistas de pedras e as outras máquinas de tiro têm maior impulso quanto mais fortes forem a compressão e disparo, do mesmo modo a voz, a corrida e o golpe são mais eficientes na medida em que forem desferidas com mais ímpeto. Uma vez que é tão grande a força dessa tensão, caso o gemido for válido para confortar o espírito, nós o usaremos; caso contrário, se for aquele gemido lamentoso, sem força, abjeto e choroso, àquele, que o emitir, eu mal chamaria de homem. Se de fato esse gemido trouxer algum alívio, ainda veremos, porque seria próprio do homem forte e corajoso; mas quando em nada diminua a dor, por que queremos ser desonrados? Pois o que é mais desonroso para o homem do que o choro feminil?

58. E essa orientação, que é dada em relação à dor, amplia-se ainda mais. Pois é preciso resistir, com tal esforço do espírito, a todas as coisas, não só à dor. A ira incendeia, a sensualidade arrasta com força; é indispensável refugiar-se na mesma fortaleza e lançar mão das mesmas armas. Mas já que falamos da dor, omitamos aqueles assuntos. Portanto, para suportar a dor de modo sobranceiro e calmo, ajuda muitíssimo pensar de todo coração, como se diz, o quanto isso é honesto. Porque somos por natureza, como disse antes (mas é preciso dizer mais vezes), muito desejosos e muito ambiciosos por honestidade; caso a consideremos como que uma luz, não há por que não estarmos preparados tanto para suportar como para admitir a dor, a fim de a dominarmos. A partir dessa corrida e desse impulso dos espíritos em direção ao louvor elevado e à honestidade, enfrentam-se aqueles perigos nos combates: homens corajosos não sentem os ferimentos na linha de batalha, ou sentem, mas preferem morrer que serem apeados de tão elevado grau de dignidade.

[59] Fulgentis gladios hostium videbant Decii, cum in aciem eorum inruebant. His levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis et gloria. Nam tam ingemuisse Epaminondam putas, cum una cum sanguine vitam effluere sentiret? Imperantem enim patriam Lacedaemoniis relinquebat, quam acceperat servientem. Haec sunt solacia, haec fomenta summorum dolorum.

XXV. [60] Dices: quid in pace, quid domi, quid in lectulo? ad philosophos me revocas, qui in aciem non saepe prodeunt. E quibus homo sane levis, Heracleotes Dionysius, cum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore dedoctus est. Nam cum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat falsa esse illa quae antea de dolore ipse sensisset. Quem cum Cleanthes condiscipulus rogaret quaenam ratio eum de sententia deduxisset, respondit: “Quia, cum tantum operae philosophiae dedissem, si dolorem tamen ferre non possem, satis esset argumenti malum esse dolorem. Plurimos autem annos in philosophia consumpsi nec ferre possum; malum est igitur dolor.” Tum Cleanthem, cum pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferunt dixisse:

Audisne haec Amphiarae sub terram abdite?

Zenonem significabat, a quo illum degenerare dolebat.

59. Os Décios viam as espadas brilhantes dos inimigos, quando investiam contra a linha de batalha deles. A nobreza da morte e a glória eliminavam todo medo dos ferimentos. Pois julgas que Epaminondas então gemeu, quando sentiu que a vida se lhe esvaía juntamente com o sangue? Pois deixava soberana a pátria que havia recebido subjugada. Esses são os consolos e os lenitivos para as maiores dores.

(XXV) 60. Dirás: Como fica na paz, em casa e no leito? Chamas-me de volta aos filósofos, que pouco se aproximam da linha de batalha. Dentre esses, Dionísio de Heracleia[89], homem na verdade frívolo, tendo aprendido com Zenão a ser corajoso, a dor o fez desaprender. Pois, como sofresse dos rins, nos próprios lamentos gritava repetidamente serem falsas as afirmações que anteriormente havia ele externado sobre a dor. Quando seu condiscípulo Cleantes lhe perguntou qual o motivo que o teria feito mudar de opinião, respondeu: "Porque, depois de ter dedicado tanto esforço à filosofia, se contudo não possa suportar a dor, seria argumento suficiente que a dor fosse um mal. Mas gastei muitos anos na filosofia e não posso suportar; portanto, a dor é um mal." Conta-se que Cleantes, depois de ter batido na terra com o pé, teria então pronunciado o verso de *Epígonos*[90]: "Por ventura ouves isso, Anfiarau, escondido debaixo da terra?"

Referia-se a Zenão, pelo fato de que o afligia a desonra daquele.

[61] At non noster Posidonius; quem et ipse saepe vidi et id dicam, quod solebat narrare Pompeius, se, cum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium; sed cum audisset eum graviter esse aegrum, quod vehementer eius artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum philosophum visere; quem ut vidisset et salutavisset honorificisque verbis prosecutus esset molesteque se dixisset ferre, quod eum non posset audire, at ille "Tu vero", inquit, "potes, nec committam ut dolor corporis efficiat ut frustra tantus vir ad me venerit." Itaque narrabat eum graviter et copiose de hoc ipso, nihil esse bonum, nisi quod esset honestum, cubantem disputavisse, cumque quasi faces ei doloris admoverentur, saepe dixisse: "Nihil agis, dolor! quamvis sis molestus, numquam te esse confitebor malum".

XXVI. [62] Omninoque omnes clari et nobilitati labores continuo fiunt etiam tolerabiles. Videmusne ut, apud quos eorum ludorum qui gymnici nominantur magnus honos sit, nullum ab eis qui in id certamen descendant devitari dolorem? apud quos autem venandi et equitandi laus viget, qui hanc petessunt, nullum fugiunt dolorem. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? quae flamma est per quam non cucurrerint ii qui haec olim punctis singulis colligebant? Itaque semper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat, cuius in primis laudabat illud, quod diceret eosdem labores non esse aeque graves imperatori et militi, quod ipse honos laborem leviorem faceret imperatorium.

61. Não assim, porém, o nosso Posidônio[91], a que eu mesmo vi muitas vezes e direi aquilo que Pompeu costuma contar: que quis ouvir pessoalmente a Posidônio, quando chegou a Rodes, vindo da Síria; ao ouvir, porém, que ele estava gravemente enfermo, pois lhe doíam terrivelmente as articulações; mesmo assim, quis ver o tão nobre filósofo. Assim que o viu e saudou, prosseguiu com palavras elogiosas; afirmou que se sentia desgostoso por não poder ouvi-lo; ele, porém, disse: "Mas tu podes e não me exporei a que a dor do corpo obtenha que um tão grande homem venha vindo a mim em vão." E assim contava que ele, mesmo acamado, dissertou, de modo profundo e amplo, exatamente sobre isso: que nada é bom, a não ser o que é honesto; e quando os surtos da dor como que o inspirassem, declarou repetidas vezes: "Nada consegues, ó dor! Embora sejas incômoda, nunca te reconhecerei como um mal."

(XXVI) 62. E, na totalidade, todos os trabalhos brilhantes e enobrecidos logo se tornam também toleráveis. Vemos que há grande honra, entre aqueles cujos jogos são chamados gímnicos, em que nenhum dos que participem dessa competição evitem a dor? Pois entre aqueles para os quais a glória consiste na caça e na equitação, os que a desejam avidamente não fogem de dor nenhuma. O que direi a respeito de nossas ambições, o que sobre a cobiça das honrarias? Que chama é essa, pela qual não correram os que antigamente reuniam tudo ponto a ponto? Por isso, o Africano sempre tinha nas mãos o socrático Xenofonte, de quem citava, sobretudo, o que afirmou: não serem os mesmos trabalhos igualmente pesados para o comandante e para o soldado, porque a própria dignidade faria mais leve o trabalho de comandar.

[63] Sed tamen hoc evenit, ut in vulgus insipientium opinio valeat honestatis, cum ipsam videre non possint. Itaque fama et multitudinis iudicio moventur, cum id honestum putent quod a plerisque laudetur. Te autem, si in oculis sis multitudinis, tamen eius iudicio stare nolim nec, quod illa putet, idem putare pulcherrimum. Tuo tibi iudicio est utendum; tibi si recta probanti placebis, tum non modo tete viceris, quod paulo ante praecipiebam, sed omnes et omnia.

[64] Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi et quasi quandam exaggerationem quam altissimam animi, quae maxime eminet contemnendis et despiciendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam, eoque pulchriorem, si vacet populo neque plausum captans se tamen ipsa delectet. Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quae sine venditatione et sine populo teste fiunt, non quo fugiendus sit (omnia enim bene facta in luce se collocari volunt), sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia maius est.

63. Entretanto acontece que, para o povo, tem valor a suposição de honestidade dos incultos, quando não a podem perceber. Em consequência, são levados pela voz corrente e pela opinião da massa, uma vez que consideram honesto aquilo que é louvado pela maioria. A ti, porém, caso estejas na boca da multidão, eu não gostaria que te mantivesses na opinião dela, nem considerasses muito lindo, da mesma forma, aquilo que a multidão assim considere. Teu julgamento deve ser utilizado só para ti; se for de teu agrado aprovar o correto, nesse caso não só te vencerás a ti mesmo, o que pouco antes eu recomendava, mas também a todos e a tudo.

64. Nessas circunstâncias, propõe a ti mesmo o seguinte: uma largueza de espírito e certa exaltação de espírito muito elevada, que sobretudo se destacam por desprezar e minimizar as dores, como sendo a mais bela de todas as atitudes, e tanto mais bela caso seja desconhecida pelo povo e não receba aplausos, mas se sinta satisfeita em si mesma. Caso contrário, a mim também me parece mais louvável tudo o que se faz sem ostentação e sem o povo, não por que deva ser evitado (pois, tudo o que é bem feito pretende expor-se à luz), mas em verdade nenhum teatro, para a virtude, é maior que a consciência.

XXVII. [65] Atque in primis meditemur illud, ut haec patientia dolorum quam saepe iam animi intentione dixi esse firmandam, in omni genere se aequabilem praebeat. Saepe enim multi qui aut propter victoriae cupiditatem aut propter gloriae aut etiam, ut ius suum et libertatem tenerent, vulnera exceperunt fortiter et tulerunt, iidem omissa contentione dolorem morbi ferre non possunt; neque enim illum quem facile tulerant ratione aut sapientia tulerant, sed studio potius et gloria. Itaque barbari quidam et inmanes ferro decertare acerrime possunt, aegrotare viriliter non queunt. Graeci autem homines, non satis animosi, prudentes, ut est captus hominum, satis, hostem aspicere non possunt, eidem morbos toleranter atque humane ferunt. At Cimbri et Celtiberi in proeliis exultant, lamentantur in morbo. Nihil enim potest esse aequabile, quod non a certa ratione proficiscatur.

[66] Sed cum videas eos qui aut studio aut opinione ducantur, in eo persequendo atque adipiscendo dolore non frangi, debeas existimare aut non esse malum dolorem aut, etiamsi, quicquid asperum alienumque natura sit, id appellari placeat malum, tantulum tamen esse, ut a virtute ita obruatur, ut nusquam appareat. Quae meditare, quaeso, dies et noctes. Latius enim manabit haec ratio et aliquanto maiorem locum quam de uno dolore occupabit. Nam si omnia fugiendae turpitudinis adipiscendaeque honestatis causa faciemus, non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunae contemnamus licebit, praesertim cum paratum sit illud ex hesterna disputatione perfugium.

(XXVII) 65. E antes de tudo reflitamos sobre isso, de modo que esse suportar das dores se mostre uniforme em qualquer tipo de sofrimento, pois já repetidas vezes tenho dito que esse suportar deve se fortalecido pelo esforço do espírito. Porque, frequentemente, muitos que, pela ambição ou da vitória ou da glória ou ainda para manterem seu direito e liberdade, corajosamente receberam e aguentaram ferimentos, esses mesmos não podem suportar a dor da doença, caso não se tenham esforçado; pois, não haviam suportado facilmente aquela dor pela razão ou pela sabedoria, mas antes a aguentaram devido ao esforço e à glória. Por isso, alguns bárbaros desumanos podem combater violentamente com ferro, mas não conseguem adoecer virilmente. E os homens gregos, não muito intrépidos, bastante prudentes conforme a capacidade dos homens, não podem considerar as doenças como inimigas e as suportam de modo tolerante e humano. Mas os cimbros e os celtiberos exultam nas batalhas e se lamentam na doença. Nada, pois, pode ser uniforme que não parta de uma razão correta.

66. Quando, porém,vês os que são conduzidos ou pelo esforço ou por uma determinação não serem quebrados, quando a dor os alcança ou chega ao fim, deves então julgar que a dor ou não é um mal, ou ainda que seja algo desagradável e estranho por natureza, se conceda chamá-la um mal, de fato o é só um pouquinho, de modo que seja sepultada pela virtude de tal modo que não apareça em nenhuma ocasião. Medita nessas ideias, peço-te, dia e noite. Pois, essa disposição espraiar-se-á para mais longe e ocupará um lugar muito maior que o de uma dor. Mas se fizermos tudo para fugir da desonra e alcançar a honestidade, teremos o direito de menosprezar não só as ferroadas da dor, como também os relâmpagos da sorte, particularmente quando aquele refúgio estiver preparado pela discussão da véspera.

[67] Ut enim, si cui naviganti praedones insequantur, deus qui dixerit: «Eiice te navi; praesto est, qui excipiat, vel delphinus, ut Arionem Methymnaeum vel equi Pelopis illi Neptanii, qui «per undas currus suspensos rapuisse «dicuntur, excipient te et, quo velis, perferent», omnem omittat timorem, sic urgentibus asperis et odiosis doloribus, si tanti sint, ut ferendi non sint, quo sit confugiendum, tu vides. Haec fere hoc tempore putavi esse dicenda. Sed tu fortasse in sententia permanes. Minime vero, meque biduo duarum rerum quas maxime timebam spero liberatum metu. Cras ergo ad clepsydram ; sic enim diximus, et tibi hoc video non posse deberi. Ita prorsus, et illud quidem ante meridiem, hoc eodem tempore. Sic faciemus tuisque optimis studiis obsequemur.

67. Pois, da mesma forma que se abandone qualquer temor, se assaltantes perseguirem a algum navegante e certo deus lhe disser: "Atira-te do navio; está à disposição quem te recolha", seja um golfinho, como a Arião Metimneu[92], seja os famosos cavalos de Pélops Netúnio, dos quais se diz que "arrastaram os carros suspensos sobre as ondas, te pegarão e levarão para onde quiseres", assim também nas dores ameaçadoras, ásperas e odientas, se forem tão intensas que se tornem insuportáveis, vejas onde deves te refugiar.

Mais ou menos essas coisas julguei que devia dizer neste momento. Mas tu talvez continues na mesma opinião. Mas no mínimo espero ter me liberado do medo de duas coisas, por dois dias, das quais eu tinha muito receio. Portanto, amanhã, à clépsidra; pois assim decidimos e vejo que isso não posso te ficar devendo. Desse modo, para frente; e isso de fato antes do meio-dia, neste mesmo horário. Faremos desse modo e nos prestaremos a teus ótimos estudos.

LIBER TERTIVS

I. [1] Quidnam esse, Brute, causae putem, cur, cum constemus ex animo et corpore, corporis curandi tuendique causa quaesita sit ars atque eius utilitas deorum inmortalium inventioni consecrata, animi autem medicina nec tam desiderata sit, ante quam inventa, nec tam culta, posteaquam cognita est, nec tam multis grata et probata, pluribus etiam suspecta et invisa? An quod corporis gravitatem et dolorem animo iudicamus, animo morbum corpore non sentimus? Ita fit ut animus de se ipse tum iudicet, cum id ipsum, quo iudicatur, aegrotet.

[2] Quodsi talis nos natura genuisset,ut eam ipsam intueri et perspicere eademque optima duce cursum vitae conficere possemus, haut erat sane quod quisquam rationem ac doctrinam requireret. Nunc parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque depravati sic restinguimus, ut nusquam naturae lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum, quae si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem, simul atque editi in lucem et suscepti sumus, errorem suxisse videamur. Cum vero parentibus redditi, dein magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas et opinioni confirmatae natura ipsa cedat.

LIVRO III

(I) 1. Penso, Bruto, qual seria a causa pela qual, já que somos formados por espírito e corpo, se procure a técnica de cuidar e de proteger o corpo e sua utilidade seja atribuída à invenção dos deuses imortais, enquanto o tratamento do espírito não foi tão desejado, antes de ser encontrado, nem tão desenvolvido, depois de ser descoberto, nem tão aceito e aprovado por muitos, como ainda sob desconfiança e mal visto por muitos? Ou por que atribuímos ao espírito o peso e a dor do corpo, não sentimos no espírito a enfermidade do corpo? Desse modo acontece que o próprio espírito então julgue sobre si, quando o mesmo corpo, pelo que é julgado, adoeça.

2. Mas se a natureza nos tivesse gerado tais que pudéssemos vê-la e reconhecê-la e, sob seu ótimo comando, realizar o curso da vida, certamente não haveria por que alguém procurasse uma razão e ensinamento. No momento nos deu pequeninas centelhas, as quais nós, depravados, tão rapidamente apagamos com maus costumes e falsas crenças, que a luz da natureza não apareça em lugar algum. Na verdade, existem em nossas capacidades naturais sementes inatas de virtudes, as quais, se lhes fosse dado crescer, pela própria natureza nos levariam a uma vida feliz. Agora, porém, ao mesmo tempo em que somos dados à luz e recebidos, parecemos ter sugado o erro. Mas logo fomos entregues aos pais, depois aos mestres, então somos impregnados de vários erros de tal modo que a verdade ceda à vaidade e à conjectura confirmada pela mesma natureza.

II. [3] Accedunt etiam poëtae, qui cum magnam speciem doctrinae sapientiaeque prae se tulerunt, audiuntur leguntur ediscuntur et inhaerescunt penitus in mentibus. Cum vero eodem quasi maxumus quidam magister populus accessit atque omnis undique ad vitia consentiens multitudo, tum plane inficimur opinionum pravitate a naturaque desciscimus, ut nobis optime naturae vim vidisse videantur, qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, nihil praestantius honoribus, imperiis, populari gloria iudicaverunt. Ad quam fertur optumus quisque veramque illam honestatem expetens, quam unam natura maxime anquirit, in summa inanitate versatur consectaturque nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriae. Est enim gloria solida quaedam res et expressa, non adumbrata; ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de eccellenti virtute, ea virtuti resonat tamquam imago; quae quia recte factorum plerumque comes est, non est bonis viris repudianda.

(II) 3. Acrescentem-se ainda os poetas que, quando projetaram diante de si uma grande imagem de ensinamentos e de sabedoria, são ouvidos, lidos e decorados e penetram profundamente nas mentes. Quando, porém, o povo, qual mestre supremo, converge para o mesmo ponto e toda a multidão, por toda parte, está de acordo com os vícios, somos então totalmente influenciados pela perversidade das opiniões e nos afastamos da natureza, de modo que nos pareçam ter observado perfeitamente a força da natureza aqueles que julgaram nada ser ao homem melhor, nada mais desejável, nada mais favorável que as honras, os poderes e a glória popular. Refere-se a essa glória algum expoente, que busca aquela verdadeira honestidade, que a natureza particularmente persegue como única, vive na maior futilidade e não persegue nenhuma representação elevada da glória, mas uma imagem fictícia. Pois a glória palpável é uma coisa produzida, não fictícia; é ela o louvor unânime dos bons, a voz incorrupta dos que julgam bem a respeito da virtude bem projetada, ela corresponde à virtude como uma imagem; e pelo fato de ser geralmente companheira dos atos corretos, não deve ser rejeitada pelos homens bons.

[4] Illa autem, quae se eius imitatricem esse volt, temeraria atque inconsiderata et plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix, fama popularis, simulatione honestatis formam eius pulchritudinemque corrumpit. Qua caecitate homines, cum quaedam etiam praeclara cuperent eaque nescirent nec ubi nec qualia essent, funditus alii everterunt suas civitates, alii ipsi occiderunt. Atque hi quidem optuma petentes non tam voluntate quam cursus errore falluntur. Quid? qui pecuniae cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur, quorumque ita perturbantur animi, ut non multum absint ab insania, quod insipientibus contingit omnibus, is nullane est adhibenda curatio? utrum quod minus noceant animi aegrotationes quam corporis, an quod corpora curari possint, animorum medicina nulla sit?

III. [5] At et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis – hi enim ipsi odiosi sunt, quod ad animum pertinent eumque sollicitant –, 'animusque aeger', ut ait Ennius, 'semper errat neque pati neque perpeti potest, cupere numquam desinit.' Quibus duobus morbis, ut omittam alios, aegritudine et cupiditate, qui tandem possunt in corpore esse graviores? Qui vero probari potest ut sibi mederi animus non possit, cum ipsam medicinam corporis animus invenerit, cumque ad corporurn sanationem multum ipsa corpora et natura valeat nec omnes, qui curari se passi sint, continuo etiam convalescant, animi autem, qui se sanari voluerint praeceptisque sapientium paruerint, sine ulla dubitatione sanentur?

4. Mas aquela fama popular, temerária, irrefletida e ordinariamente enaltecedora dos crimes e dos vícios, que quer ser imitadora dessa glória, corrompe sua aparência e sua beleza pela simulação de honestidade. Devido a essa cegueira, alguns homens, embora desejassem algo até nobre, e o desconhecessem, não sabendo nem onde estivesse nem qual fosse, arruinaram suas comunidades, e outros destruíram a si mesmos. E mesmo esses, que buscam o melhor, são enganados não tanto pela vontade mas pelo desvio do percurso. Por quê? Os que são levados pela cobiça, os que o são pelo desejo dos prazeres, e cujos espíritos são de tal modo perturbados que não ficam muito distantes da loucura, o que acontece a todos os insensatos, não se lhes deve oferecer nenhum tratamento? Por ventura, por que as doenças do espírito prejudiquem menos que as do corpo, ou por que os corpos possam ser tratados, não haja nenhum remédio para os espíritos?

(III) 5. Por outro lado, também as doenças do espírito são mais perniciosas e mais numerosas que as do corpo – pois essas mesmas são detestáveis, porque afetam o espírito e o atormentam – "e o espírito doente", como diz Ênio, "sempre se engana nem pode suportar nem resignar-se, nunca para de desejar." Quais enfermidades no corpo podem realmente ser mais graves do que estas duas, a doença e a paixão, para deixar de lado as outras? Mas quem pode comprovar que o espírito não possa se automedicar, quando o espírito descobriu o remédio do próprio corpo e quando a natureza e os mesmos corpos têm grande influência na cura dos corpos, os que admitiram se terem curado a si mesmos, imediatamente também convalescido, mas os espíritos, que quiserem se curar e obedecerem às prescrições dos sábios, não se possam curar sem dúvida alguma?

[6] Est profecto animi medicina, philosophia; cuius auxilium non ut in corporis morbis petendum est foris, omnibusque opibus viribus, ut nosmet ipsi nobis mederi possimus, elaborandum est.

Quamquam de universa philosophia, quanto opere et expetenda esset et colenda, satis, ut arbitror, dictum est in Hortensio. De maxumis autem rebus nihil fere intermisimus postea nec disputare nec scribere. His autem libris exposita sunt ea quae a nobis cum familiaribus nostris in Tusculano erant disputata. Sed quoniam duobus superioribus de morte et de dolore dictum est, tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet.

[7] Ut enim in Academiam nostram descendimus inclinato iam in postmeridianum tempus die, poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi. Tum res acta sic est:

IV. – Videtur mihi cadere in sapientem aegritudo.

– Num reliquae quoque perturbationes animi, formidines libidines iracundiae? Haec enim fere sunt [eius modi], quae Graeci **paqh** appellant; ego poteram ‘morbos’, et id verbum esset e verbo, sed in consuetudinem nostram non caderet. Nam misereri, invidere, gestire, laetari, haec omnia morbos Graeci appellant, motus animi rationi non obtemperantis, nos autem hos eosdem motus concitati animi recte, ut opinor, perturbationes dixerimus, morbos autem non satis usitate, nisi quid aliud tibi videtur.

6. A filosofia é, seguramente, o remédio do espírito. Seu auxílio deve ser obtido com todos os recursos e forças, não como nas doenças do corpo que deve ser buscado exteriormente, para que nós mesmos possamos nos tratar, se bem que foi dito o suficiente em *Hortênsio*, conforme julgo eu, a respeito de toda a filosofia, com quanta dedicação deve ela ser ambicionada e cultivada. Mas não deixamos quase nenhum intervalo, posteriormente, de discutir nem de escrever sobre assuntos maiores. Nesses livros foi exposto aquilo que havia sido discutido por nós com nossos amigos em Túsculo. Como, porém, nos dois anteriores tratou-se da morte e da dor, o terceiro dia da discussão perfaz o terceiro volume.

7. Como, pois, descemos à nossa Academia quando o dia já se aproximava do período de depois do meio-dia, solicitei a alguém dos presentes que discorresse sobre o tema. Então a sessão se deu da seguinte maneira:

(IV) Parece-me que uma doença física atacou um sábio. – Então também as outras inquietações do espírito, os receios, as paixões e a iracúndia o atacaram? Pois essas são quase as mesmas que os gregos chamam **paqh̃** ("páthe") [93]; eu poderia chamá-las *morbos* ("doenças"), e essa palavra seria derivada da mesma, mas não se enquadra em nossa tradição. Pois, compadecer-se, invejar, gesticular desordenadamente, exultar, a tudo isso os gregos chamam *morbos,* movimentos do espírito não obedientes à razão; nós, porém, corretamente diríamos perturbações, em minha opinião, a esses mesmos movimentos exaltados do espírito, mas *morbos* não é suficientemente usual, a não ser que te pareça outra coisa.

[8] Mihi vero isto modo.

– Haecine igitur cadere in sapientem putas? Prorsus existimo.

– Ne ista gloriosa sapientia non magno aestimanda est, siquidem non multum differt ab insania.

– Quid? tibi omnisne animi commotio videtur insania?

– Non mihi quidem soli, sed, id quod admirari saepe soleo, maioribus quoque nostris hoc ita visum intellego multis saeculis ante Socratem, a quo haec omnis, quae est de vita et de moribus, philosophia manavit.

– Quonam tandem modo?

– Quia nomen insaniae significat mentis aegrotationem et morbum, id est insanitatem et aegrotum animum, quam appellarunt insaniam.

[9] (Omnis autem perturbationes animi morbos, philosophi appellant negantque stultum quemquam his morbis vacare. Qui autem in morbo sunt, sani non sunt; et omnium insipientium animi in morbo sunt: omnes insipientes igitur insaniunt). Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant; his rebus mentem vacuam appellarunt insaniam, propterea quod in perturbato animo sicut in corpore sanitas esse non posset.

V. [10] Nec minus illud acute, quod animi adfectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam eandemque dementiam. Ex quo intellegendum est eos qui haec rebus nomina posuerunt sensisse hoc idem, quod a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, omnis insipientes esse non sanos. Qui est enim animus in aliquo morbo – morbos autem hos perturbatos motus, ut modo dixi, philosophi appellant –, non magis est sanus quam id corpus quod in morbo est. Ita fit ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quaedam, quae est insania eademque dementia; multoque melius haec notata sunt verbis Latinis quam Graecis.

8. Entretanto, esse é meu modo de ver. Então julgas que isso ataca um sábio? Penso de modo absoluto. – Nem essa gloriosa sabedoria deve ser muito em conta, uma vez que não é muito diferente da loucura. – Por quê? Toda comoção do espírito te parece loucura? – Não só a mim, de fato, mas aquilo que muitas vezes costumo admirar, entendo que foi visto do mesmo modo também por nossos antepassados, muitos séculos antes de Sócrates, do qual nasceu toda essa filosofia, que trata da vida e dos costumes. – Finalmente, de que modo? Porque a palavra "insânia" significa enfermidade e doença da mente, isto é, insanidade e espírito doente, que denominaram insânia.

9. (Os filósofos, porém, chamam de doenças as perturbações do espírito e negam que algum idiota esteja livre dessas doenças. Mas os que estão doentes, não são sadios; e os espíritos de todos os idiotas são doentes: portanto, todos os idiotas estão em estado de loucura.) Pois, ponderavam que a sanidade dos espíritos se fundamenta em certa tranquilidade e constância; por essas razões chamaram a mente vazia de insânia, porque a sanidade não pode existir em um espírito perturbado da mesma forma que em um corpo nas mesmas condições.

(V) 10. E, não com menos acuidade, denominaram alienação mental e propriamente demência aquilo que for um estado de espírito desprovido da luz da razão. Deve-se deduzir disso que, os que deram esses nomes às coisas, pensaram o mesmo que os estoicos, tendo-o recebido de Sócrates, mantiveram cuidadosamente: que todos os idiotas não são sadios. Pois, aquele espírito com alguma doença – doenças, como os filósofos denominam esses movimentos perturbados, conforme eu disse há pouco – não é mais sadio que o corpo doente. Desse modo acontece que a sabedoria seja a saúde do espírito, mas a insipiência é como que certa insanidade, que é insânia e mesmo loucura; essas situações são muito melhor descritas com palavras latinas do que com as gregas.

[11] Quod aliis quoque multis locis reperietur; sed id alias, nunc, quod instat. Totum igitur id quod quaerimus quid et quale sit, verbi vis ipsa declarat. Eos enim sanos quoniam intellegi necesse est, quorum mens motu quasi morbo perturbata nullo sit, qui contra adfecti sint, hos insanos appellari necesse est. Itaque nihil melius, quam quod est in consuetudine sermonis Latini, cum exisse ex potestate dicimus eos, qui ecfrenati feruntur aut libidine aut iracundia – quamquam ipsa iracundia libidinis est pars; sic enim definitur: iracundia ulciscendi libido –; qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sint in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. Graeci autem **maniÃn** unde appellent, non facile dixerim; eam tamen ipsam distinguimus nos melius quam illi. Hanc enim insaniam, quae iuncta stultitiae patet latius a furore disiungimus. Graeci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos furorem, **melagcolian** illi vocant; quasi vero atra bili solum mens ac non saepe vel iracundia graviore vel timore vel dolore moveatur; quo genere Athamantem, Alcmaeonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. Qui ita sit adfectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulae; itaque non est scriptum 'si insanus', sed 'si furiosus escit'. Stultitiam enim censuerunt, constantia id est sanitate vacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum et vitae communem cultum atque usitatum; furorem autem esse rati sunt mentis ad omnia caecitatem. Quod cum maius esse videatur quam insania, tamen eius modi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. Sed haec alia quaestio est; nos ad propositum revertamur.

11. Isso se encontra também em muitas outras passagens; mas isso fica para outra ocasião; por hora, o que é premente. Por conseguinte, o que procuramos é o que e, qual seja, a própria força da palavra manifesta inteiramente. Porque é necessário serem considerados sadios aqueles cuja mente não é perturbada por um ataque como por nenhuma doença; ao contrário, os que forem afetados é necessário que sejam chamados insanos. Por isso, nada é melhor do que aquilo que consta no uso da língua latina, quando dizemos terem perdido o controle os que são levados sem freios pela paixão ou pela ira – embora a mesma ira seja parte da paixão, pois é definida do seguinte modo: a ira é a paixão da vingança – portanto, dos que se afirma terem perdido o controle, afirma-se precisamente por não estarem sob o domínio da mente, à qual foi entregue pela natureza o controle total do espírito. Por que razão, porém, os gregos a denominem **manian**[94], eu não conseguiria explicar com facilidade; contudo, nós a caracterizamos melhor que aqueles. Pois do furor separamos essa insânia, que se manifesta mais amplamente ligada à estupidez. Na verdade, os gregos querem fazê-lo, mas pouco conseguem com a palavra: ao que denominamos furor, eles chamam **melagcolian**[95]; como se a mente fosse movida apenas pela bílis negra e não muitas vezes pela ira mais violenta ou pelo medo ou pela dor; falamos daquele tipo em que entraram em furor Atamante, Alcmeu, Ajax e Orestes[96]. A quem for assim acometido, as leis das doze tábuas proíbem que seja dono de suas coisas; por isso não está escrito “se for insano”, mas “se estiver em furor”. Pois consideraram que a idiotice, isto é, a ausência de firmeza na sanidade, poderia, contudo, conservar a medida das ocupações e gênero de vida comum e usual; mas julgaram que o furor é, para tudo, uma cegueira da mente. Ainda que ele pareça ser maior que a insânia, é contudo de tal natureza que o furor pode acometer o sábio, mas o pode a insânia. Mas isso é outra questão; voltemos nós ao proposto.

VI. [12] -Cadere, opinor, in sapientem aegritudinem tibi dixisti videri. – Et vero ita existimo.

– Humanum id quidem, quod ita existumas. Non enim e silice nati sumus, sed est natura in animis tenerum quiddam atque molle, quod aegritudine quasi tempestate quatiatur, nec absurde Crantor ille, qui <in> nostra Academia vel in rimis fuit nobilis, 'minime' inquit 'adsentior is qui istam nescio quam indolentiam magno opere laudant, quae nec potest ulla esse nec debet. Ne aegrotus sim; si' inquit 'fuero, sensus adsit, sive secetur quid sive avellatur a corpore. Nam istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit inmanitatis in animo, stuporis in corpore.'

[13] Sed videamus ne haec oratio sit hominum adsentantium nostrae inbecillitati et indulgentium mollitudini; nos autem audeamus non solum ramos amputare miseriarum, sed omnis radicum fibras evellere. Tamen aliquid relinquetur fortasse; ita sunt altae stirpes stultitiae; sed relinquetur id solum quod erit necessarium. Illud quidem sic habeto, nisi sanatus animus sit, quod sine philosophia fieri non potest, finem miseriarum nullum fore. Quam ob rem, quoniam coepimus, tradamus nos ei curandos: sanabimur, si volemus. Et progrediar quidem longius: non enim de aegritudine solum, quamquam id quidem primum, sed de omni animi, ut ego posui, perturbatione, morbo, ut Graeci volunt, explicabo. Et primo, si placet, Stoicorum more agamus, qui breviter astringere solent argumenta; deinde nostro instituto vagabimur.

(VI) 12. Conjeturo que disseste parecer-te que uma enfermidade possa acometer um sábio. – E realmente assim penso. – Entretanto, é humano que assim penses. Pois não nascemos da pedra, mas existe por natureza nos espíritos algo tenro e delicado, que é sacudido pela enfermidade como pela tormenta; e não é absurdo o que diz o conhecido Crantor[97], que foi ilustre em nossa Academia ou nas rimas: "De forma alguma concordo com os que louvam exageradamente essa não sei qual insensibilidade, que não existe nem deve existir. Oxalá eu não fique doente; se" – diz – "eu vier a ficar, que entre em ação a faculdade de avaliação, ou se corte ou se arranque algo do corpo. Pois, isso de não sentir nenhuma dor não acontece sem prejuízo da grandeza do espírito e sem entorpecimento do corpo."

13. Cuidemos, entretanto, que essas palavras não sejam de homens aduladores de nossa imbecilidade e complacentes com nossa falta de energia; mas nós ousamos não só cortar as ramificações de nossos males, como também arrancar todas as fibras das raízes. Mesmo assim talvez algo seja deixado; desse tipo são as cepas profundas da idiotice; deixe-se, porém, só o que for necessário. Contudo, isso assim deve ser considerado somente quando o espírito estiver curado, o que não pode acontecer sem a filosofia, senão o fim dos males não acontecerá. Por essa razão, já que começamos, entreguemo-nos a ela para sermos cuidados: seremos curados, caso queiramos. E irei até mais longe: pois, não exporei apenas sobre a enfermidade, embora realmente em primeiro lugar sobre ela, mas, como coloquei, sobre toda perturbação e doença do espírito, como querem os gregos. E, antes de tudo, caso seja de seu agrado, façamos segundo o procedimento dos estoicos, que costumam amarrar brevemente os argumentos; depois, divagaremos sobre nosso plano.

VII. [14] Qui fortis est, idem est fidens (quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est). Qui autem est fidens, is profecto non extimescit; discrepat enim a timendo confidere. Atqui, in quem cadit aegritudo, in eundem timor; quarum enim rerum praesentia sumus in aegritudine, easdem inpendentes et venientes timemus. Ita fit ut fortitudini aegritudo repugnet. Veri simile est igitur, in quem cadat aegritudo, cadere in eundem timorem et infractionem quidem animi et demissionem. Quae in quem cadunt, in eundem cadit, ut serviat, ut victum, si quando, se esse fateatur. Quae qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem et ignaviam. Non cadunt autem haec in virum fortem: igitur ne aegritudo quidem. At nemo sapiens nisi fortis: non cadet ergo in sapientem aegritudo.

[15] Praeterea necesse est, qui fortis sit, eundem esse magni animi; qui autem magni animi sit, invictum; qui invictus sit, cum res humanas despicere atque infra se positas arbitrari. Despicere autem nemo potest eas res, propter quas aegritudine numquam adfici potest; ex quo efficitur fortem virum aegritudine, numquam adfici. Omnes autem sapientes fortes: non cadit igitur in sapientem aegritudo. Et quem ad modum oculus conturbatus non est probe adfectus ad suum munus fungendum, et reliquae partes totumve corpus statu cum est motum, deest officio suo et muneri, sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. Munus autem animi est ratione bene uti; et sapientis animus ita semper adfectus est, ut ratione optime utatur; numquam igitur est perturbatus. At aegritudo perturbatio est animi: semper igitur ea sapiens vacabit.

(VII) 14. Quem é corajoso, também é confiante (pois que a confiança, pelo mau costume de falar, é colocada como defeito, mas como palavra derivada de confiar, é um elogio). Quem é confiante, porém, seguramente não tem receios, pois confiar se opõe a temer. E a quem a enfermidade ataca, ataca-o também o temor, porque estamos perante essas coisas na enfermidade, nós as tememos como iminentes e inevitáveis. Desse modo acontece que a enfermidade se oponha à coragem. Nessas circunstâncias, é verossímil que, a quem a enfermidade ataque, ataquem-no certamente o temor, o abatimento e a depressão do espírito. Se esses últimos atacam alguém, ataca-o também a enfermidade para que se sujeite e reconheça ter sido vencido, se por ventura o for. Quem as aceitar, é necessário que aceite igualmente a timidez e a inação. Mas elas não atacam o homem corajoso: por isso, nem a enfermidade. Entretanto, ninguém é sábio a não ser o corajoso: logo, a enfermidade não atacará o sábio.

15. Além disso, para que seja corajoso, é necessário que o mesmo seja grande de espírito, pois quem for grande de espírito, é invencível; esse será invencível, quando menosprezar as coisas humanas e considerá-las postas abaixo de si. Ninguém pode, porém, menosprezar aquelas coisas, pelas quais nunca pode ser atacado pela enfermidade; por essa razão torna-se realidade que o homem corajoso nunca é afetado pela enfermidade. Mas todos os sábios são corajosos: portanto, a enfermidade não os ataca. E do mesmo modo que o olho conturbado não está bem em condições de exercer sua função, e porque as demais partes ou todo o corpo são afetados pela situação, falham em sua atividade e função, assim o espírito conturbado não está apto a exercer sua função. Mas a função do espírito é usar bem a razão; e o espírito do sábio está sempre disposto de tal modo que use otimamente a razão; nunca, portanto, está perturbado. E a enfermidade é uma perturbação do espírito: por isso o sábio estará sempre livre dela.

VIII. [16] Veri etiam simile illud est, qui sit temperans – quem Graeci **swfrona** appellant eamque virtutem **swfrosunhn** vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, non numquam etiam modestiam; sed haud scio an recte ea virtus frugalitas appellari possit, quod angustius apud Graccos valet qui frugi homines **crhsimou** appellant, id est tantum modo utilis; at illud est latius; omnis enim abstinentia, omnis innocentia (quae apud Graecos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest **ablabeian**; nam est innocentia adfectio talis animi quae noceat nemini) – reliquas etiam virtutes frugalitas continet. Quae nisi tanta esset, et si is angustiis, quibus plerique putant teneretur, numquam esset L. Pisonis cognomen tanto opere laudatum.

[17] Sed quia, nec qui propter metum praesidium reliquit, quod est ignaviae, nec qui propter avaritiam clam depositum non reddidit, quod est iniustitiae, nec qui propter temeritatem male rem gessit, quod est stultitiae, frugi appellari solet, eo tris virtutes, fortitudinem iustitiam prudentiam, frugalitas complexa est (etsi hoc quidem commune est virtutum; omnes enim inter se nexae et iugatae sunt): reliqua igitur et quarta virtus [ut] sit ipsa frugalitas. Eius enim videtur esse proprium motus animi adpetentis regere et sedare semperque adversantem libidini moderatam in omni re servare constantiam. Cui contrarium vitium nequitia dicitur.

(VIII) 16. Também é verossímil a afirmação de que ele seja moderado, a quem os gregos denominam **swvfrona** ("sôfrona")[98] e chamam sua virtude **swfrosuvnhn** ("sofrosýnen"), a que eu na verdade costumo chamar ora de temperança e ora de moderação e às vezes também de modéstia; mas não sei se essa virtude possa ser corretamente chamada de frugalidade, o que para os gregos mais estritamente tem o valor de **crhsivmou** ("chresímu")[99], atribuído aos homens sóbrios, esse é apenas útil, mas aquele é mais amplo. Pois, toda abstinência, toda inocência (que entre os gregos não tem nenhuma designação corrente, mas que poderia ser expressa por **ajblavbeian** ("ablábeian")[100], pois a inocência é um estado tal do espírito que não prejudique a ninguém) e também a frugalidade contém as demais virtudes. Caso não fosse ela tão grande e se ficasse preso pelas dificuldades, pelas quais muitos pensam ter ele passado, nunca o cognome de L. Pisão[101] teria sido tão enaltecido.

17. Mas porque ele não abandonou por medo a guarnição, o que é indolência, nem devolveu ocultamente a consignação por avareza, o que é injustiça, nem fez algo mal por temeridade, o que é idiotice, costuma ser chamado 'sóbrio', com isso a frugalidade incorporou as três virtudes: coragem, justiça e prudência (ainda que de fato isso seja o comum das virtudes, pois todas elas estão interligadas e dependentes entre si): portanto, a própria frugalidade deve ser a outra e a quarta virtude. Pois parece ser característica dela governar e acalmar os movimentos do espírito sequioso e sempre manter a constância moderadora em qualquer circunstância, fazendo frente à sensualidade. O vício contrário a ela é denominado iniquidade.

[18] Frugalitas, ut opinor, a fruge, qua nihil melius e terra, nequitia ab eo (etsi erit hoc fortasse durius, sed temptemus: lusisse putemur, si nihil sit) ab eo, quod nequicquam est in tali homine, ex quo idem 'nihili' dicitur. – Qui sit frugi igitur vel, si mavis, moderatus et temperans, eum necesse est esse constantem; qui autem constans, quietum; qui quietus, perturbatione omni vacuum, ergo etiam aegritudine. Et sunt illa sapientis: aberit igitur a sapiente aegritudo.

IX. Itaque non inscite Heracleotes Dionysius ad ea disputat, quae apud Homerum Achilles queritur hoc, ut opinor, modo:

'Corque meum penitus turgescit tristibus iris,
Cum decore atque omni me orbatum laude recordor.'

[19] Num manus adfecta recte est, cum in tumore est, aut num aliud quodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet? Sic igitur inflatus et tumens animus in vitio est. Sapientis autem animus semper vacat vitio, numquam turgescit, numquam tumet; at irati animus eius modi est: numquam igitur sapiens irascitur. Nam si irascitur, etiam concupiscit; proprium est enim irati cupere, a quo laesus videatur, ei quam maxumum dolorem inurere. Qui autem id concupierit, cum necesse est, si id consecutus sit, magno opere laetari. Ex quo fit, ut alieno malo gaudeat; quod quoniam non cadit in sapientem, ne ut irascatur quidem cadit. Sin autem caderet in sapientem aegritudo, caderet etiam iracundia; qua quoniam vacat, aegritudine etiam vacabit.

18. Frugalidade, segundo creio, vem de "fruge"[102], em relação a que nada de melhor provém da terra; iniquidade (ainda que seja talvez mais complicado, mas tentemos: que nos julguem termos brincado, se não for nada disso) é derivado daquilo que inutilmente existe em tal homem, pelo que se diz do mesmo modo "para nada". – Para que alguém seja, portanto, sóbrio, ou, se preferes, moderado e temperante, é necessário que seja constante; mas quem é constante, é tranquilo; quem é tranquilo, está livre de toda perturbação e também, portanto, de enfermidade. E essas são as disposições do sábio: logo, do sábio a enfermidade fica longe.

(IX) Por isso, não sem arte Dionísio de Heracleia trata daquilo que Aquiles se queixa em Homero, como creio, do seguinte modo:

"E meu coração se inflama ardentemente com iras tristes, quando relembro que fui privado da beleza e de todo louvor."

19. Por ventura a mão doente, quando atacada por um tumor, está bem, ou qualquer outro membro inchado e intumescido não se comporta inadequadamente? Pois do mesmo modo fica o espírito inflado e intumescido. Mas o espírito do sábio nunca está em más condições, nunca infla, nunca intumesce; mas, por outro lado, o espírito do irado está do mesmo modo enfermo: por isso o sábio nunca fica irado. Pois, se ficar irado, torna-se também cobiçoso, porque o cobiçar é próprio do irado, pelo fato de que parece ferido aquele a quem uma dor muito intensa tortura como fogo. Quem cobiçar isso, quando for necessário, e caso o consiga, alegra-se muito. Daí decorre que se regozija com o mal alheio; como isso não acontece com o sábio, não sucede sequer que ele se irrite. Mas se a enfermidade afetasse o sábio, também a ira o afetaria; uma vez que está livre dela, também estará livre da enfermidade.

[20] Etenim si sapiens in aegritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam (non dixi 'invidiam', quae tum est, cum invidetur; ab incidendo autem invidentia recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiae. Quod verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Melanippo:

'Quisnam florem liberum invidit meum?'

Male Latine videtur, sed praeclare Accius; ut enim 'videre', sic 'invidere florem' rectius quam 'flori'. Nos consuetudine prohibemur; poëta ius suum tenuit et dixit audacius).

X. [21] Cadit igitur in eundem et misereri et invidere. Nam qui dolet rebus alicuius adversis, idem alicuius etiam secundis dolet, ut Theophrastus interitum deplorans Callisthenis sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur, itaque dicit Callisthenem incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum quem ad modum rebus secundis uti conveniret. Atqui, quem ad modum misericordia aegritudo est ex alterius rebus adversis, sic invidentia aegritudo est ex alterius rebus secundis. In quem igitur cadit misereri, in eundem etiam invidere; non cadit autem invidere in sapientem: ergo ne misereri quidem. Quodsi aegre ferre sapiens soleret, misereri etiam soleret. Abest ergo a sapiente aegritudo.

20. Entretanto, se o sábio pudesse cair doente, poderia também cair nas mostras de misericórdia, poderia cair no sentimento de inveja ("*invidentia*") (não disse "inveja" ("*invidia*"), aquela que existe quando se é invejado; é possível, porém, corretamente relacionar "sentimento de inveja" com "cair em ou sobre", para evitarmos a designação ambígua de inveja. Porque a palavra foi deduzida do fato de se olhar demais a fortuna de outrem, conforme consta em Melanipo[103]:

"Quem inveja minha flor solta?"

Parece mau latim, mas Ácio o disse de modo elegante; pois como "ver a flor", do mesmo modo "invejar a flor" é mais correto do que "à flor". Nós somos impedidos pelo uso correto; o poeta se ateve a seu direito e expressou-se de modo mais ousado).

(X) 21. Portanto, resulta no mesmo tanto compadecer-se como invejar. Pois quem se aflige com a desgraça de alguém, do mesmo modo se aflige também com a prosperidade dele, como Teofrasto, deplorando a morte de Calístenes[104], seu companheiro, angustia-se com o grande êxito de Alexandre e por isso diz que Calístenes entrou em choque com um homem de imenso poder e enorme fortuna, mas que não soube como comportar-se, como convinha, na prosperidade. Assim como a misericórdia é uma enfermidade em relação à desgraça de outrem, do mesmo modo também o sentimento de inveja (*invidentia*) é uma enfermidade em relação à prosperidade do outro. Logo, quem é afetado pelo compadecer-se, o é também pelo invejar. O invejar, porém, não afeta o sábio: portanto, também não o compadecer-se. Caso, porém, o sábio costumasse desgostar-se, costumaria também compadecer-se. Portanto, a enfermidade inexiste no sábio.

[22] Haec sic dicuntur a Stoicis concludunturque contortius. Sed latius aliquando dicenda sunt et diffusius; sententiis tamen utendum eorum potissimum, qui maxime forti et, ut ita dicam, virili utuntur ratione atque sententia. Nam Peripatetici, familiares nostri, quibus nihil est uberius, nihil eruditius, nihil gravius, mediocritates vel perturbationum vel morborum animi mihi non sane probant. Omne enim malum, etiam mediocre, malum est; nos autem id agimus, ut id in sapiente nullum sit omnino. Nam ut corpus, etiamsi mediocriter aegrum est, sanum non est, sic in animo ista mediocritas caret sanitate. Itaque praeclare nostri, ut alia multa, molestiam sollicitudinem angorem propter similitudinem corporum aegrorum aegritudinem nominaverunt.

[23] Hoc propemodum verbo Graeci omnem animi perturbationem appellant; vocant enim **paqoV**, id est morbum, quicumque est motus in animo turbidus. Nos melius: aegris enim corporibus simillima animi est aegritudo, at non similis aegrotationis est libido, non inmoderata laetitia, quae est voluptas animi elata et gestiens. Ipse etiam metus non est morbi admodum similis, quamquam aegritudini est finitimus, sed proprie, ut aegrotatio in corpore, sic aegritudo in animo nomen habet non seiunctum a dolore. Doloris huius igitur origo nobis explicanda est, id est causa efficiens aegritudinem in animo tamquam aegrotationem in corpore. Nam ut medici causa morbi inventa curationem esse inventam putant, sic nos causa aegritudinis reperta medendi facultatem reperiemus.

22. Tais afirmações são ditas pelos estoicos e concluídas de modo confuso. Às vezes, porém, devem ser ditas de modo mais abrangente e amplo; contudo, devem ser usadas, sobretudo, as afirmações daqueles que usam a razão e a palavra particularmente de modo incisivo e, para eu assim dizer, viril. Pois os peripatéticos, nossos amigos, para os quais nada há de mais produtivo, de mais erudito e de mais sério, não me comprovam totalmente as medidas seja das perturbações seja das enfermidades do espírito. Pois todo mal, ainda que pequeno, é um mal. Mas nós o tratamos de modo que seja absolutamente nulo no sábio. Pois, como o corpo, ainda que medianamente enfermo, não é sadio, assim esse meio-termo no espírito indica falta de saúde. Por isso, os nossos, com muita exatidão como muitas outras questões, denominaram doenças a inquietação, a solicitude e a angústia pela semelhança com os corpos doentes.

23. De modo aproximado, os gregos com essa palavra denominam qualquer perturbação do espírito; pois dizem **paqoV** ("páthos"), isto é, enfermidade, de qualquer movimento desordenado no espírito. Nós o dizemos melhor: a enfermidade do espírito é muito semelhante à dos corpos enfermos, mas ao contrário o desejo sensual não se assemelha à enfermidade, nem o regozijo incontido, que é o contentamento elevado e exultante do espírito. O próprio medo não é inteiramente semelhante à enfermidade, embora seja vizinho dela, mas propriamente, como a enfermidade no corpo, do mesmo modo a enfermidade no espírito não tem uma designação desvinculada da dor. Portanto, a origem dessa dor deve ser explicada por nós, ou seja, a causa eficiente da enfermidade do espírito como a do corpo. De fato, como os médicos, descoberta a causa da doença, julgam ter sido descoberta a cura, assim nós descobriremos a possibilidade de medicar depois de descoberta a causa da enfermidade.

Atque etiam omne bonum laetabile est; quod autem laetabile, id praedicandum et prae se ferendum; quod tale autem, id etiam gloriosum; si vero gloriosum, certe laudabile; quod laudabile autem, profecto etiam honestum; quod bonum igitur, id honestum.

[44] At quae isti bona numerant, ne ipsi quidem honesta dicunt; solum igitur bonum, quod honestum; ex quo efficitur honestate una vitam contineri beatam. Non sunt igitur ea bona dicenda nec habenda, quibus abundantem licet esse miserrimum.

(XV) 43. Também porque as perturbações do espírito produzem a miséria, ao passo que o alívio, a vida feliz e haja uma dupla causa da perturbação, já que a dor e o medo situam-se entre os males supostos, mas a alegria exultante e o desejo no erro dos bons, todos os quais lutam contra a reflexão e a razão, a ti parece que quem esteja vazio, desligado e livre de tão profundos arrebatamentos, tão discordantes e divididos entre si, duvidarás declará-lo feliz? E o sábio está sempre assim disposto; portanto, o sábio sempre é feliz. Também todo bem é aprazível; o que é aprazível deve ser recomendado e considerado por si mesmo; mas o que é dessa natureza, é também glorioso; se de fato é glorioso, certamente é louvável; o que é louvável, porém, sem dúvida é também honesto; logo, o que é bom, é honesto.

44. Entretanto, as coisas que aqueles enumeram como bens, nem eles mesmos declaram como honestas. Portanto, só é bom o que for honesto; daí resulta que a vida feliz se sustenta juntamente com a honestidade. Portanto, não devem ser considerados nem declarados aqueles bens, cujo possuidor mesmo em abundância pode ser muito infeliz.

[45] An dubitas quin praestans valetudine, viribus, forma, acerrumis integerrumisque sensibus, adde etiam, si lubet, pernicitatem et velocitatem, da divitias, honores, imperia, opes, gloriam – si fuerit is, qui haec habet, iniustus, intemperans, timidus, hebeti ingenio atque nullo dubitabisne eum miserum dicere? Qualia igitur ista bona sunt, quae qui habeat miserrimus esse possit? Videamus ne, ut acervus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. Quod si ita est, ex bonis, quae sola honesta sunt, efficiendum est beatum; ea mixta ex dissimilibus si erunt, honestum ex is effici nihil poterit; quo detracto quid poterit beatum intellegi? Etenim, quicquid est, quod bonum sit, id expetendum est; quod autem expetendum, id certe adprobandum; quod vero adprobaris, id gratum acceptumque habendum; ergo etiam dignitas ei tribuenda est. Quod si ita est, laudabile sit necesse est; bonum igitur omne laudabile, ex quo efficitur, ut, quod sit honestum, id sit solum bonum.

[46] Quod ni ita tenebimus, multa erunt, quae nobis bona dicenda sint; omitto divitias – quas cum quivis quamvis indignus habere possit, in bonis non numero; quod enim est bonum, id non quivis habere potest –, omitto nobilitatem famamque popularem stultorum in roborumque consensu excitatam: haec, quae sunt minima, tamen bona dicantur necesse est, candiduli dentes, venusti oculi, color suavis et ea quae Anticlea laudat Ulixi pedes abluens:

'Lenitudo orationis, mollitudo corporis.'

Ea si bona ducemus, quid erit in philosophi gravitate quam in volgi opinione stultorumque turba quod dicatur aut gravius aut grandius?

45. Acaso duvidas que quem se destaca por saúde, forças, beleza, sentidos apuradíssimos e perfeitíssimos, e, se te agradar, acrescenta agilidade e rapidez, concede riquezas, honras, poderes, recursos e glória – caso quem possua isso tudo for injusto, intemperante, medroso, de inteligência embotada ou nula, por ventura duvidarás de declará-lo infeliz? Portanto, de que natureza são esses bens, cujo possuidor possa ser muito infeliz? Vejamos se a vida feliz deva ser feita a partir das partes adequadas a ela mesma, do mesmo modo que o montão de cereais por meio de grãos da própria espécie. Caso isso seja assim, o homem feliz deve ser constituído somente pelos bens que são honestos. Se forem misturados com incongruentes, nada de honesto poderá ser realizado com eles. Eliminado esse ponto, o que poderia ser entendido por feliz? Efetivamente, tudo o que é um bem, o que quer que seja esse bem, deve ser cobiçado; o que deve ser cobiçado, certamente deve ser demonstrado; o que, porém, tiveres demonstrado, deve ser tido como bem-vindo e aceito; logo, deve-se também atribuir-lhe dignidade. Se isso for assim, é necessário que seja louvável; portanto, todo bem é louvável, donde se deduz que o que for honesto, isso seja o único bem.

46. Se não nos ativermos a isso desse modo, haverá muitas coisas que devam ser declaradas bens para nós. Omito as riquezas – porque qualquer um indigno pode tê-las de todo tipo, não as incluo entre os bens; pois, o que é um bem não é qualquer um que pode possuí-lo; – excluo a nobreza e a fama popular dos tolos e incentivada pela anuência das elites: essas coisas, que são muito pequenas, devem, contudo, ser consideradas bens, dentes branquinhos, olhos encantadores, cor suave e o que Anticleia[162] louva em Ulisses, lavando-lhe os pés:

"Suavidade da voz, maciez do corpo."

Se considerarmos essas coisas como bens, o que haverá na seriedade do filósofo que, na opinião da massa e na multidão dos tolos, se diga de mais importante e maior?

[47] At enim eadem Stoici praecipua ‘vel ‘producta’ dicunt, quae ‘bona’ isti. Dicunt illi quidem, sed is vitam beatam completi negant; hi autem sine is esse nullam putant aut, si sit beata, beatissimam certe negant. Nos autem volumus beatissimam, idque nobis Socratica illa conclusione confirmatur. Sic enim princeps ille philosophiae disserebat: qualis cuiusque animi adfectus esset, talem esse hominem; qualis autem homo ipse esset, talem eius esse orationem; orationi autem facta similia, factis vitam. Adfectus autem animi in bono viro laudabilis; et vita igitur laudabilis boni viri; et honesta ergo, quoniam laudabilis. Ex quibus bonorum beatam vitam esse concluditur.

[48] Etenim, pro deorum atque hominum fidem! parumne cognitum est superioribus nostris disputationibus, an delectationis et oti consumendi causa locuti sumus, sapientem ab omni concitatione animi, quam perturbationem voco, semper vacare, semper in animo eius esse placidissimarn pacem? Vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine aegritudine, sine alacritate, ulla, sine libidine nonne beatus? At semper sapiens talis; semper igitur beatus. Iam vero qui potest vir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre, quae agit quaeque sentit? refert autem omnia ad beate vivendum; beata igitur vita laudabilis; nec quicquam sine virtute laudabile: beata igitur vita virtute conficitur.

47. Por outro lado, os estoicos denominam precípuas ou “bens externos” as mesmas coisas que esses nomeiam bens. Afirmam de fato, mas negam que a vida feliz seja abraçada por eles. Esses, porém, julgam que sem os bens externos não existe vida ou, se for feliz, seguramente negam possa ser plenamente feliz. Entretanto, nós a queremos plenamente feliz; e isso para nós é confirmado por aquela conclusão socrática. Pois aquele príncipe da filosofia assim argumentava: da natureza com que cada espírito foi constituído, tal é o homem; mas da mesma natureza que faz o homem ser ele próprio, tal é a sua palavra; as ações, porém, são correlativas à palavra e a vida às ações. A disposição do espírito é louvável no homem bom, e, portanto, é louvável a vida do homem bom: logo, também honesta, porque louvável. Desses raciocínios se conclui que é dos bons a vida feliz.

48. Contudo – pela lealdade dos deuses e dos homens! – acaso avançamos pouco no conhecimento em nossas discussões anteriores, por ventura falamos sobre o divertimento e o uso do ócio, que o sábio está sempre livre de todo arrebatamento, que denomino perturbação, que no espírito dele sempre há uma paz sereníssima? Portanto, o homem comedido, perseverante, sem medo, sem sofrimento, sem exultação nenhuma e sem desejos por ventura não é feliz? O sábio, porém, é sempre assim; logo, sempre feliz. Mas, de qualquer modo, poderia o homem bom relacionar tudo o que faz e o que sente senão ao que seja louvável? Relaciona tudo para o viver feliz; portanto, a vida feliz é louvável; e coisa alguma sem a virtude é louvável: logo, a vida feliz se realiza através da virtude.

XVII. [49] Atque hoc sic etiam concluditur: nec in misera vita quicquam est praedicabile aut gloriandum nec in ea, quae nec misera sit nec beata. Et est in aliqua vita praedicabile aliquid et gloriandum ac prae se ferendum, ut Epaminondas:

‘Consiliis nostris laus est attonsa Laconum,’

ut Africanus:

‘A sole exoriente supra Maeotis paludes
Nemo est qui factis aequiperare queat.’

[50] Quod si<est>, beata, vita glorianda et praedicanda et prae se ferenda est; nihil est enim aliud quod praedicandum et prae se ferendum sit. Quibus positis intellegis quid sequatur; et quidem, nisi ea vita beata est, quae est eadem honesta, sit aliud necesse est melius vita beata; quod erit enim honestum, certe fatebuntur esse melius; ita erit beata vita melius aliquid; quo quid potest dici perversius? Quid? cum fatentur satis magnam vim esse in vitiis ad miseram vitam, nonne fatendum est eandem vim<in> virtute esse ad beatam vitam? contrariorum enim contraria sunt consequentia.

[51] Quo loco quaero, quam vim habeat libra illa Critolai, qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam [boni] lancem putet, ut terram et maria deprimat.

XVIII. Quid ergo aut hunc prohibet aut etiam Xenocratem illum gravissumum philosophorum, exaggerantem tantopere virtutem, extenuantem cetera et abicientem, in virtute non beatam modo vitam, sed etiam beatissimam ponere?

(XVII) 49. E esse raciocínio também se conclui da seguinte maneira: coisa alguma é digna de louvor ou de glória na vida infeliz, nem naquela que não é nem feliz nem infeliz. E em qualquer vida existe algo digno de louvor, de glória e de ser levada por si, segundo Epaminondas:

"Por nossos conselhos o elogio dos lacedemônios foi podado."

E segundo o Africano:

"Desde o sol nascente sobre os pântanos de Meótide[163], não há quem seja capaz de igualar pelos feitos."

50. Porque se é feliz, a vida é digna de glória, de louvor e de ser levada por si mesma, pois não existe outra coisa digna de louvor e de ser levada por si mesma. Isso posto, compreendes o que segue; e, realmente, a não ser que seja feliz aquela vida que seja igualmente honesta, é necessário haver outra coisa melhor do que a vida feliz. Pois o que for honesto, certamente reconhecerão ser melhor; desse modo, haverá algo melhor que a vida feliz: o que se pode dizer de mais disparatado que isso? Por quê? Quando reconhecem que há uma força bastante grande nos vícios para a vida infeliz, por ventura não se deve reconhecer que há a mesma força na virtude para a vida feliz? Pois os contrários são consequência dos contrários.

51. Nesta altura, pergunto que valor teria aquela balança de Critolau, que, ao colocar em um prato os bens do espírito e no outro os do corpo e os externos, julga que o prato dos bens tenha tanto mais peso que afunde a terra e os mares.[164]

(XVIII) Ou então o que impede a esse ou também a Xenócrates, o mais sério dos filósofos, que tanto exalta a virtude, rebaixa e rejeita tudo o mais, de pôr na virtude não só a vida feliz, mas também a muito feliz?

[52] Quod quidem nisi fit, virtutum interitus consequetur. Nam in quem cadit aegritudo, in eundem metum cadere necesse est (est enim metus futurae aegritudinis sollicita exspectatio); in quem autem metus, in eundem formido timiditas pavor ignavia; ergo, ut idem vincatur interdum nec putet ad se praeceptum illud Atrei pertinere:

'Proinde ita parent se in vita, ut vinci nesciant.'

Hic autem vincetur, ut dixi, nec modo vincetur, sed etiam serviet; at nos [autem] virtutem semper liberam volumus, semper invictam; quae nisi sunt, sublata virtus est.

[53] Atque si in virtute satis est praesidi ad bene vivendum, satis est etiam ad beate; satis est enim certe in virtute, ut fortiter vivamus; si fortiter, etiam ut magno animo, et quidem ut nulla re umquam terreamur semperque simus invicti. Sequitur, ut nihil paeniteat, nihil desit, nihil obstet; ergo omnia profluenter absolute prospere, igitur beate. Satis autem virtus ad fortiter vivendum potest; satis ergo etiam ad beate.

[54] Etenim ut stultitia, etsi adepta est quod concupivit, numquam se tamen satis consecutam putat, sic sapientia semper eo contenta est quod adest, neque eam umquam sui paenitet.

XIX. Similemne putas C. Laeli unum consulatum fuisse, et cum quidem cum repulsa (si, cum sapiens et bonus vir, qualis ille fuit, suffragiis praeteritur, non populus [a bono consule] potius quam ille [a bono populo] repulsam fert) – sed tamen utrum malles te, si potestas esset, semel ut Laelium consulem an ut Cinnam quater?

52. O certo é que, se isso não se realizar, a consequência será a ruína das virtudes. Pois quem cair no sofrimento, necessariamente nele incidirá o medo (visto que o medo é a expectativa muito inquietante de uma dor futura); em quem recair o medo, cairão no mesmo a alucinação, a timidez, o pavor e a preguiça; logo, para que, nesse ínterim, não seja vencido nem pense dizer respeito a si aquele pensamento de Atreu: "Assim se preparem na vida, de modo que desconheçam o ser vencido." Esse, porém, será vencido, como afirmei, mas só será vencido como também será escravo; mas nós, ao contrário, queremos a virtude sempre livre e sempre invicta; se assim não for, a virtude foi eliminada.

53. E se na virtude há o suficiente para o que comanda viver bem, é suficiente também para viver com felicidade; pois sem dúvida há o suficiente na virtude para que vivamos corajosamente; se vivemos corajosamente, também com magnanimidade e sem dúvida de modo que nunca tenhamos medo e sempre sejamos invictos. Como consequência, que de nada nos arrependamos, nada nos falte e nada nos impeça; portanto, que tudo corra de modo fluente, desimpedido e próspero: logo, de modo feliz. A virtude, porém, tem poder suficiente para se viver corajosamente; logo, suficiente também para se viver felizmente.

54. Efetivamente, como a idiotice julga nunca ter conseguido o bastante, ainda que tenha obtido o que desejou, assim a sabedoria está sempre satisfeita com o que tem à mão e nunca se mostra insatisfeita com o que tem. (XIX) Consideras que o único consulado de C. Lélio representou algo semelhante e que preferirás mesmo com o mau êxito (quando um homem bom e sábio, qual era ele, se é preterido na eleição, é antes o povo que sofre o revés através do bom cônsul e não o próprio preterido pelo bom povo) – caso houvesse a possibilidade, preferirias que fosses cônsul uma só vez como Lélio ou, como Cina[165], quatro vezes?

[55] Non dubito, tu quid responsurus sis; itaque video, cui committam. Non quemvis hoc idem interrogarem; responderet enim alius fortasse se non modo quattuor consulatus uni anteponere, sed unum diem Cinnae multorum et clarorum virorum totis aetatibus. Laelius si digito quem attigisset, poenas dedisset; at Cinna collegae sui consulis Cn. Octavi praecidi caput iussit, P. Crassi L. Caesaris, nobilissimorum hominum, quorum virtus fuerat domi militiaeque cognita, M. Antoni, omnium eloquentissimi quos ego audierim, C. Caesaris, in quo mihi videtur specimen fuisse humanitatis salis suavitatis leporis. Beatusne igitur, qui hos interfecit? Mihi contra non solum eo videtur miser, quod ea fecit, sed etiam quod ita se gessit, ut ea facere ei liceret (etsi peccare nemini licet; sed sermonis errore labimur; id enim licere dicimus, quod cuique concediltur).

[56] Utrum tandem beatior C. Marius tum, cum Cimbricae victoriae gloriam cum collega Catulo communicavit, paene altero Laelio – nam hunc illi duco simillimum –, an cum civili bello victor iratus necessariis Catuli deprecantibus non semel respondit, sed saepe: 'moriatur'? In quo beatior ille, qui huic nefariae voci paruit, quam is, qui tam scelerate imperavit. Nam cum accipere quam facere praestat iniuriam, tum morti iam ipsi adventanti paulum procedere ob viam, quod fecit Catulus, quam quod Marius, talis viri interitu sex suos obruere consulatus et contaminare extremum tempus aetatis.

55. Não tenho dúvida do que tu hás de responder; por isso vejo com quem me juntarei. Não perguntaria isso do mesmo modo a qualquer um; pois um outro talvez respondesse que não só preferiria os quatro consulados a apenas um, como também um dia de Cina a todos os anos de muitos e famosos personagens. Se Lélio tocasse alguém como o dedo, pediria desculpa; mas, ao contrário, Cina mandou cortar a cabeça de seu colega, o cônsul Cneu Otávio e de P. Crasso Lúcio César, homens nobilíssimos, cuja coragem havia sido reconhecida em casa e no exército, de Marco Antônio, o mais eloquente de todos que eu ouvi, e de Caio César, no qual me parece ter residido o ideal de humanidade, da finura de espírito, da amabilidade e da delicadeza. Nessas circunstâncias, Bruto, por que os matou? Ao contrário, parece-me infeliz não só pelo fato de ter praticado aquelas coisas, mas também porque se portou de modo que lhe fosse permitido fazê-las (embora a ninguém é permitido errar; mas escorregamos por falha das palavras; pois dizemos ser permitido o que é concedido a alguém).

56. Afinal, por acaso C. Mário não ficou mais feliz precisamente quando repartiu com o colega Catulo a glória da vitória sobre os cimbros, quase como o outro Lélio – pois considero a este muito semelhante àquele – quando vencedor da guerra civil, estando furioso, respondeu aos suplicantes parentes de Catulo, não uma só vez, mas muitas: "Que morra"? Nesse ponto, foi mais feliz aquele que obedeceu a esse termo abominável, do que esse que governou de modo tão criminoso. Realmente, já que é preferível receber uma ofensa que fazê-la, então avançar um pouco ao encontro da morte, que se aproximava dele rapidamente, o que Catulo fez, não porém Mário: com a morte de tal homem arruinou seus seis consulados e enlameou a última fase da vida.

XX. [57] Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, cum quinque et viginti natus annos dominatum occupavisset. Qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus praeditam servitute oppressam tenuit civitatem! Atqui de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse eius in victu temperantiam in rebusque gerundis virum acrem et industrium, eundem tamen maleficum natura et iniustum; ex quo omnibus bene veritatem intuentibus videri necesse est miserrimum. Ea enim ipsa, quae concupierat, ne tum quidem, cum omnia se posse censebat, consequebatur.

[58] Qui cum esset bonis parentibus atque honesto loco natus – etsi id quidem alius alio modo tradidit – abundaretque et aequalium familiaritatibus et consuetudine propinquorum, haberet etiam more Graeciae quosdam adulescentis amore coniunctos, credebat eorum nemini, sed is quos ex familiis locupletium servos delegerat, quibus nomen servitutis ipse detraxerat, et quibusdam convenis et feris barbaris corporis custodiam committebat. Ita propter iniustam dominatus cupiditatem in carcerem quodam modo ipse se incluserat. Quin etiam ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Ita sordido ancillarique artificio regiae virgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris. Et tamen ab is ipsis, cum iam essent adultae, ferrum removit instituitque, ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent.

(XX) 57. Dionísio foi o tirano dos siracusanos durante trinta e oito anos, uma vez que assumiu o poder aos vinte e cinco anos de idade. Com que beleza manteve a cidade, mas com que meios oprimiu a muito bem dotada comunidade! E recebemos de bons autores o seguinte relato a respeito desse homem: foi de suma frugalidade em sua alimentação, um homem duro e diligente na administração; contudo ele foi criminoso e injusto por natureza; isso posto, deve necessariamente ser considerado muito infeliz por todos os que conseguem ver bem a verdade. Pois não obtinha aquilo que havia desejado, nem mesmo na ocasião em que ele julgava poder tudo.

58. Embora tivesse ele nascido de bons pais e em condições honestas – ainda que de fato alguns relatem de outro modo – e tivesse em abundância a intimidade dos parentes e convivência dos amigos, tivesse também, segundo o costume da Grécia, alguns adolescentes unidos pelo amor, não confiava em nenhum deles, mas àqueles, que havia escolhido como escravos dentre as famílias dos ricos e aos quais ele mesmo havia atribuído o nome de escravidão, entregava a guarda do corpo também a alguns aventureiros e a bárbaros selvagens. Desse modo, ele mesmo, de certa forma, por causa de uma injusta cobiça de mando se havia aprisionado num cárcere. Para não entregar o pescoço ao barbeiro, ensinou suas filhas a fazer barba. Assim, por uma artimanha sórdida e de empregada doméstica, donzelas reais cortavam a barba e os cabelos do pai como cabeleireiras. Contudo, quando já eram adultas, retirou-lhes os instrumentos de ferro e determinou que lhe queimassem ligeiramente a barba e os cabelos com cascas incandescentes de nozes.

[59] Cumque duas uxores haberet, Aristomachen civem suam, Doridem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ante. Et cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset eiusque fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset, eum ipsum, cum forem cubiculi clauserat, detorquebat. Idemque cum in communibus suggestis consistere non auderet, contionari ex turri alta solebat.

[60] Atque is cum pila ludere vellet – studiose enim id factitabat – tunicamque poneret, adulescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cum quidam familiaris iocans dixisset: ‘huic quidem certe vitam tuam committis’ adrisissetque adulescens, utrumque iussit interfici, alterum, quia viam demonstravisset interimendi sui, alterum, quia dictum id risu adprobavisset. Atque eo facto sic doluit, nihil ut tulerit gravius in vita; quem enim vehementer amarat, occiderat. Sic distrahuntur in contrarias partis impotentium cupiditates. Cum huic obsecutus sis illi est repugnandum.

XXI. [61] Quamquam hic quidem tyrannus ipse iudicavit, quam esset beatus. Nam cum quidam ex eius adsentatoribus, Damocles, commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam aedium regiarum negaretque umquam beatiorem quemquam fuisse, ‘Visne igitur’ inquit, ‘o Damocle, quoniam te haec vita delectat, ipse eam degustare et fortunam experiri meam?’ Cum se ille cupere dixisset, conlocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto, abacosque compluris ornavit argento auroque caelato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere eosque nutum illius intuentis diligenter ministrare.

59. E como tivesse duas esposas, Aristômaque, conterrânea sua, e Dórides, de Locros, vinha frequentemente até elas à noite para espiar e espreitar tudo com antecedência. Como ainda tivesse feito uma larga vala ao redor da cama no quarto de dormir e ligado a passagem dessa vala com uma pequena ponte de madeira, empurrava-a para o outro lado, assim que tivesse fechado a porta do quarto. Assim também, porque não ousava ficar nas tribunas comuns, costumava discursar nas assembleias do alto de uma torre.

60. Ainda ele, como quisesse jogar dardos – pois fazia isso com frequência e dedicação – e vestisse a túnica, diz-se que entregou a espada a um jovenzinho, a quem amava. Nesse momento, porque certo doméstico, brincando, teria dito: "Ao menos a este sem dúvida entregas tua vida" – e o adolescente tivesse rido, mandou que ambos fossem mortos; o primeiro, porque teria apontado o caminho para matá-lo, e o outro, porque teria aprovado essas palavras pelo riso. E com esse fato sofreu tanto que nada de mais grave enfrentou na vida, pois havia assassinado a quem amara com veemência. Desse modo, os desejos dos impotentes são dissolvidos em partes contrárias. Uma vez que te hajas dobrado a isso, é preciso opor-lhe resistência.

(XXI) 61. Aliás, esse mesmo tirano realmente julgou quão era feliz. Pois, quando um dos seus aduladores, Dámocles, em conversa mencionava as tropas dele, os recursos, a grandeza de seu poder absoluto, a abundância dos bens e magnificência dos edifícios reais e negasse nunca alguém ter sido mais feliz, disse o tirano: "Ó Dâmocles, queres então, já que esta vida te agrada, tu mesmo saboreá-la e tentar minha sorte?" Como ele dissesse que desejava, levou o homem a um leito de ouro com belíssimas roupas de cama e uma colcha de tecido pintada com magníficas obras de arte, e decorou vários baús com prata e ouro burilado. Mandou então que meninos, escolhidos por excelente beleza, ficassem perfilados junto à mesa e servissem acuradamente ao verem o seu sinal de cabeça.

[62] Aderant unguenta coronae, incendebantur odores, mensae conquisitissimis epulis extruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari saeta equina aptum demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores aspiciebat nec plenum artis argentum nec manum porrigebat in mensam; iam ipsae defluebant coronae; denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod iam beatus nollet esse. Satisne videtur declarasse Dionysius nihil esse ei beatum, cui semper aliqui terror impendeat? Atque ei ne integrum quidem erat, ut ad iustitiam remigraret, civibus libertatem et iura redderet; is enim se adulescens inprovida aetate inretierat erratis eaque commiserat, ut salvus esse non posset, si sanus esse coepisset.

[63] Quantopere vero amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimescebat, declaravit in Pythagoriis duobus illis, quorum cum alterum vadem mortis accepisset, alter, ut vadem suum liberaret, praesto fuisset ad horam mortis destinatam, 'Utinam ego' inquit 'tertius vobis amicus adscriberer!' Quam huic erat miserum carere consuetudine amicorum, societate victus, sermone omnino familiari, homini praesertim docto a puero et artibus ingenuis erudito, musicorum vero perstudioso; poëtam etiam tragicum – quam bonum, nihil ad rem; in hoc enim genere nescio quo pacto magis quam in aliis suum cuique pulchrum est; adhuc neminem cognovi poëtam (et mihi fuit cum Aquinio amicitia), qui sibi non optumus videretur; sic se res habet: te tua, me delectant mea – sed ut ad Dionysium redeamus: omni cultu et victu humano carebat; vivebat cum fugitivis, cum facinerosis, cum barbaris; neminem, qui aut libertate dignus esset aut vellet omnino liber esse, sibi amicum arbitrabatur.

62. Não faltavam óleos aromáticos e coroas de flores, queimavam-se perfumes e montavam-se mesas com iguarias raras. Dâmocles considerava-se afortunado. No meio de toda essa suntuosidade, ordenou que deixassem cair do painel do teto uma espada refulgente, guarnecida com crina de cavalo, de modo que ficasse pendente ao pescoço daquele afortunado. Por isso, não enxergava nem aqueles belos serventes, nem a rica prata de arte nem estendia a mão para a mesa; as coroas de flores já decaíam; por fim, implorou ao tirano que lhe fosse permitido ir embora, porque já não mais queria ser feliz. Não parece bastante claro ter Dionísio declarado que em nada é feliz aquele a quem algum receio sempre ameace? E não era suficientemente íntegro para vir para o lado da justiça e restituir aos cidadãos a liberdade e os direitos; pois ele, ainda menino em idade imprevidente, enredara-se nos erros e os tinha cometido, tanto que não poderia ser salvo, caso tivesse começado bem.

63. Quanto, porém, desejava amizades, cuja infidelidade muito temia, afirmou àqueles dois pitagóricos, quando um recebeu o outro fiador da morte, a fim de liberar seu fiador e ele estivesse à mão na hora marcada da morte, disse: "Oxalá fosse eu inscrito por vós como o terceiro amigo!" Quanto era triste para ele não ter a convivência dos amigos, vencido pela sociedade, não ter nenhuma conversação amigável, ele, um homem sobretudo estudioso desde menino, instruído nas artes liberais e realmente muito dedicado aos músicos; também poeta trágico – o quanto fosse bom, não vem ao caso; pois nesse gênero não sei por que razão a cada um o seu é belo mais que nos outros. Até agora não conheci nenhum poeta (e tive amizade com Aquínio[166]) que não se considerasse ótimo; assim acontecem as coisas: as tuas coisas te dão prazer, a mim, as minhas. – Mas para voltarmos a Dionísio: não tinha nenhuma civilidade e nenhuma convivência humanas; convivia com fugitivos, com criminosos e com bárbaros. Não considerava a ninguém como seu amigo que ou fosse digno de liberdade ou quisesse apenas ser livre.

XXIII. [64] Non ego iam cum huius vita, qua taetrius miserius detestabilius escogitare nihil possum, Platonis aut Archytae vitam comparabo, doctorum hominum et plane sapientium: ex eadem urbe humilem homunculum a pulvere et radio excitabo, qui multis annis post fuit, Archimedem. Cuius ego quaestor ignoratum ab Syracusanis, cum esse omnino negarent, saeptum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi sepulcrum. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam, qui declarabant in summo sepulcro sphaeram esse positam cum cylindro.

[65] Ego autem cum omnia conlustrarem oculis – est enimad portas Agragantinas magna frequentia sepulcrorum –, animum adverti columellam non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphaerae figura et cylindri. Atque ego statim Syracusanis – erant autem principes mecum – dixi me illud ipsum arbitrari esse, quod quaererem. lnmissi cum falcibus multi purgarunt et aperuerunt locum.

(XXIII) 64. Já que eu não posso imaginar nada de mais horrível, miserável e detestável do que a vida deste, compararei a vida de Platão e de Árquitas[167], homens doutos e verdadeiramente sábios: da mesma cidade, suscitarei da areia e do compasso o humilde homenzinho, Arquimedes, que existiu muitos anos depois. Eu, como questor, descobri o túmulo dele, totalmente cercado e coberto por espinheiros e sarças, desconhecido pelos siracusanos, uma vez que lhe negavam absolutamente a existência. Pois eu dispunha de alguns versos jâmbicos, sobre os quais eu soubera estarem gravados no túmulo dele, e que afirmavam haver uma esfera com um cilindro, colocada na extremidade superior do sepulcro.

65. E eu, depois de ter percorrido tudo com os olhos – pois há grande quantidade de sepulcros perto das portas agragantinas[168] – percebi uma pequena coluna, sobressaindo não muito acima das plantas, na qual estava gravada a figura da esfera e do cilindro. E imediatamente eu disse aos siracusanos, – pois havia dirigentes comigo – que eu julgava ser exatamente aquilo que eu estava procurando. Enviados com foice, muitos limparam e abriram o lugar.

[66] Quo cum patefactus esset aditus, ad adversam basim accessimus. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatum fere. Ita nobilissima Graeciae civitas, quondam vero etiam doctissima, sui civis unius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. Sed redeat, unde aberravit oratio: quis est omnium, qui modo cum Musis, id est cum humanitate et cum doctrina, habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit quam illum tyrannum? Si vitae modum actionemque quaerimus, alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione sollertiae, qui est unus suavissimus pastus animorum, alterius in caede et iniuriis cum et diurno et nocturno metu. Age confer Democritum Pythagoram, Anaxagoram: quae regna, quas opes studiis eorum et delectationibus antepones?

[67] Etenim, quae pars optuma est in homine, in ea situm esse necesse est illud, quod quaeris, optumum. Quid est autem in homine sagaci ac bona mente melius? Eius bono fruendum est igitur, si beati esse volumus; bonum autem mentis est virtus; ergo hac beatam vitam contineri necesse est. Hinc omnia quae pulchra honesta praeclara sunt, ut supra dixi, sed dicendum idem illud paulo uberius videtur, plena gaudiorum sunt. Ex perpetuis autem plenisque gaudiis cum perspicuum sit vitam beatam existere, sequitur ut ea existat ex honestate.

66. Assim que o acesso foi aberto, dirigimo-nos ao pedestal contrário. Aparecia a inscrição quase pela metade, com as partes posteriores dos versículos corroídas. Desse modo, a mui nobre comunidade da Grécia, mas outrora também muito culta, teria desconhecido o monumento de seu único cidadão inteligentíssimo, caso não o tivesse sabido pelo homem de Arpino. Retorne, porém, a exposição de onde se desviou: quem dentre todos que já tenha tido algum relacionamento com as musas, isto é, com humanidade e com cultura, que não prefira esse matemático que aquele tirano? Se procuramos um modo de vida e uma atividade, a mente de um era alimentada por argumentos a serem debatidos e pesquisados com o divertimento da sagacidade, que é o único alimento suavíssimo dos espíritos; a mente de outro alimenta-se na matança e nas injúrias com o medo tanto diurno como noturno. Eia, compara Demócrito, Pitágoras e Anaxágoras: que poderes e que bens materiais consideras superiores aos estudos e aos prazeres deles?

67. Entretanto, é necessário que esteja posto na melhor parte existente no homem aquilo que procuras e que isso seja o melhor possível. Mas o que existe de melhor no homem perspicaz e de boa mente? Então é preciso desfrutar de seu bem, se quisermos ser felizes; o bem da mente, porém, é a virtude; portanto, é necessário que nela esteja inserida a vida feliz. Daí, tudo o que é belo, honesto e honrado, como disse acima, mas parece que o mesmo deve ser dito com um pouco mais de insistência, é cheio de regozijo. Como, porém, é evidente que a vida feliz nasce das alegrias perpétuas e plenas, conclui-se que ela nasce da honestidade.

XXIV. [68] Sed ne verbis solum attingamus ea quae volumus ostendere, proponenda quaedam quasi moventia sunt, quae nos magis ad cognitionem intellegentiamque convertant. Sumatur enim nobis quidam praestans vir optumis artibus, isque animo parumper et cogitatione fingatur. Primum ingenio eximio sit necesse est; tardis enim mentibus virtus non facile comitatur; deinde ad investigandam veritatem studio incitato. Ex quo triplex ille animi fructus existet, unus in cognitione rerum positus et in explicatione naturae, alter in discriptione expetendarum fugiendarumque rerum <et in ratione be>ne vivendi, tertius in iudicando, quid cuique rei sit consequens quid repugnans, in quo inest omnis cum subtilitas disserendi, tum veritas iudicandi.

[69] Quo tandem igitur gaudio adfici necesse est sapientis animum cum his habitantem pernoctantemque curis! ut, cum totius mundi motus conversionesque perspexerit sideraque viderit innumerabilia caelo inhaerentia cum eius ipsius motu congruere certis infixa sedibus, septem alia suos quaeque tenere cursus multum inter se aut altitudine aut humilitate distantia quorum vagi motus rata tamen et certa sui cursus spatia definiant – horum nimirum aspectus impulit illos veteres et admonuit, ut plura quaererent; inde est indagatio nata initiorum et tamquam seminum, unde essent omnia orta generata concreta, quaeque cuiusque generis vel inanimi vel animantis vel muti vel loquentis origo, quae vita, qui interitus quaeque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio, unde terra et quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria sustineantur, qua omnia delata gravitate medium mundi locum semper expetant, qui est idem infimus in rutundo.

(XXIV) 68. Mas, para que não toquemos apenas com palavras no que queremos mostrar, devem ser propostas algumas questões, como que variáveis, que nos revertam ao conhecimento e à inteligência. Pois, tomemos algum homem eminente de ótimas atitudes e seja representado por algum tempo com espírito e raciocínio. Primeiramente, é necessário que seja de exímia inteligência, pois a virtude não se faz acompanhar por mentes vagarosas. Em seguida, que seja levado ao esforço de investigar a verdade. Disso resulta aquele tríplice fruto do espírito: um colocado no conhecimento das coisas e na explicação da natureza, o outro na organização das coisas desejáveis ou das rejeitandas e na maneira de bem viver; o terceiro em julgar o que seja consequente e o que contraditório a cada coisa, em que consiste tanto a sutileza no expor como a verdade no julgar.

69. Em resumo, portanto, é indispensável que o espírito do sábio disponha de grande contentamento ao conviver dia e noite com essas preocupações, como por exemplo, quando tiver perscrutado os movimentos e as orbitações do universo e visto os inumeráveis astros dispostos no céu, que se ajustam com o movimento de cada um, mesmo fixos em pontos determinados, e sete outros manterem cada um seus cursos constantemente entre si pela diferença ou na altitude ou no rebaixamento, cujos movimentos errantes definem os espaços sem dúvida regulados e certos de seu curso – a vista disso impeliu e aconselhou aqueles antigos a pesquisarem mais. Daí nasceu a indagação dos inícios e como das sementes, de onde todas as coisas tivessem surgido, sido geradas e produzidas, cada origem de sua espécie: inanimada ou animada, com linguagem ou sem linguagem, que tipo de vida e de perecimento, cada sucessão e mudança de uma coisa em outra, como também a terra é mantida em equilíbrio por quais pesos, por quais cavidades os mares são sustentados, por quais meios todas as coisas, atiradas para cima, recaem, pela gravidade, sempre em um lugar ignorado do mundo, que é igualmente o mais baixo se forem redondas.

XXV . [70] Haec tractanti animo et noctes et dies cogitanti existit illa <a>deo Delphis praecepta cognitio, ut ipsa se mens agnoscat coniunctamque cum divina mente se sentiat, ex quo insatiabili gaudio compleatur. Ipsa enirn cogitatio de vi et natura deorum studium incendit illius aeternitatem imitandi, neque se in brevitate vitae conlocatam putat, cum rerum causas alias ex aliis aptas et necessitate nexas videt, quibus ab aeterno tempore fluentibus in aeternum ratio tamen mensque, moderatur.

[71] Haec ille intuens atque suspiciens vel potius omnis partis orasque circumspiciens quanta rursus animi tranquillitate humana et citeriora considerat! Hinc illa cognitio virtutis existit, efflorescunt genera partesque virtutum, invenitur, quid sit quod natura spectet extremum in bonis, quid in malis ultumum, quo referenda sint officia, quae degendae aetatis ratio deligenda. Quibus et talibus rebus exquisitis hoc vel maxime efficitur, quod hac disputatione agimus, ut virtus ad beate vivendum sit se ipsa contenta.

(XXV) 70. Ao espírito que trabalha com essas coisas e reflete, tanto de dia como de noite, surge aquele conhecimento recomendado até em Delfos, de que a própria mente se conheça e se sinta unida à mente divina, por onde se encha completamente de um contentamento inesgotável. Pois a própria reflexão sobre a força e a natureza dos deuses desperta vivamente a disposição dele de imitar-lhes a eternidade e não julga estar inserido na brevidade da vida, porque vê umas causas das coisas munidas de outras e ligadas pela necessidade, com cujo fluir a razão, todavia, e a mente são governadas desde o início dos tempos para toda a eternidade.

71. Contemplando ele essas coisas e olhando para cima, ou melhor, lançando o olhar ao redor por todos os lados e extremidades do mundo, novamente examina com atenção, com quanta tranquilidade de espírito, as coisas humanas e as do lado de cá! Daí nasce aquele conhecimento da virtude, desabrocham as espécies e as divisões das virtudes, é encontrado aquilo que a natureza considera o ponto mais alto dos bens, aquilo que é o último entre os males, à qual devem relacionadas as ocupações e que motivo deve ser escolhido para levar a vida. Investigadas essas e semelhantes questões, conclui-se sobretudo aquilo, que tratamos nesta discussão: que a virtude deve estar satisfeita consigo mesma para viver com felicidade.

[72] Sequitur tertia, quae per omnis partis sapientiae manat et funditur, quae rem definit, genera dispertit, sequentia adiungit, perfecta concludit, vera et falsa diiudicat, disserendi ratio et scientia. Ex qua cum summa utilitas existit ad res ponderandas, tum maxume ingenua delectatio et digna sapientia. Sed haec otii. Transeat idem iste sapiens ad rem publicam tuendam. Quid eo possit esse praestantius, cum [contineri] prudentia utilitatem civium cernat, iustitia nihil in suam domum inde derivet, reliquis utatur tot tam variisque virtutibus? Adiunge fructum amicitiarum, in quo doctis positum est cum consilium omnis vitae consentiens et paene conspirans, tum summa iucunditas e cotidiano cultu atque victu. Quid haec tandem vita desiderat, quo sit beatior? cui refertae tot tantisque gaudiis Fortuna ipsa cedat necesse est. Quodsi gaudere talibus bonis animi, id est virtutibus, beatum est omnesque sapientes is gaudiis perfruuntur, omnis eos beatos esse confiteri necesse est.

72. Segue-se a terceira, o método e a ciência de dissertar, que decorre e se espraia através de todos os aspectos da sabedoria, que define o objeto, classifica as espécies, acrescenta as sequências, conclui os resultados e distingue o verdadeiro e o falso. Desse método resulta tanto a suma utilidade para ponderar as coisas, como, particularmente, a legítima satisfação e a sabedoria respeitável. Isso, porém, se refere ao lazer. Da mesma forma, passe esse sábio a proteger o Estado. O que pode ser mais eficaz, quando vê o proveito dos cidadãos ser mantido pela prudência, com justiça nada dele desvia para sua casa e usa tantas e tão diversas virtudes? Acrescenta o fruto das amizades, em que pelos doutos são colocadas tanto uma deliberação consentânea e como que unânime para toda a vida, como a suprema alegria por meio dos costumes cotidianos e dos hábitos morais. Então, o que essa vida deseja que seja melhor? É necessário que a própria Fortuna ceda a quem está repleto de tantas e tão grandes alegrias. Se, porém, é felicidade desfrutar de tais bens do espírito, isto é, das virtudes, e todos os sábios usufruem dessas alegrias, é necessário reconhecer que todos eles são felizes.

XXVI. [73] – Etiamne in cruciatu atque tormentis? – An tu me in viola putabas aut in rosa dicere? An Epicuro, qui tantum modo induit personam philosophi et sibi ipse hoc nomen inscripsit, dicere licebit, quod quidem, ut habet se res, me tamen plaudente dicit, nullum sapienti esse tempus, etiamsi uratur torqueatur secetur, quin possit esclamare: 'Quam pro nihilo puto!', cum praesertim omne malum dolore definiat bonum voluptate, haec nostra honesta turpia inrideat dicatque nos in vocibus occupatos inanis sonos fundere, neque quicquam ad nos pertinere nisi quod aut leve aut asperum in corpore sentiatur: huic ergo, ut dixi, non multum differenti a iudicio ferarum oblivisci licebit sui et tum fortunam contemnere, cum sit omne et bonum eius et malum in potestate fortunae, tum dicere se beatum in summo cruciatu atque tormentis, cum constituerit non modo summum malum esse dolorem, sed etiam solum?

[74] Nec vero illa sibi remedia comparavit ad tolerandum dolorem, firmitatem animi, turpitudinis verecundiam, exercitationem consuetudinemque patiendi, [praecepta fortitudinis], duritiam virilem, sed una se dicit recordatione adquiescere praeteritarum voluptatium, ut si quis aestuans, cum vim caloris non facile patiatur, recordari velit sese aliquando in Arpinati nostro gelidis fluminibus circumfusum fuisse – non enim video, quo modo sedare possint mala praesentia praeteritae voluptates –;

(XXVI) 73. – E isso, mesmo na tortura e nos sofrimentos? – Acaso tu julgavas estar eu falando em violeta ou em rosa? Por ventura será permitido a Epicuro, que apenas se revestiu com a pessoa do filósofo e se rotulou a si mesmo com esse nome, o que de fato diz com meu aplauso, conforme se conhece o caso, afirmar que para o sábio não existe tempo nenhum; ainda que seja queimado, torturado e despedaçado, possa exclamar: "Considero isso como um nada!", uma vez que define todo mal, sobretudo, pela dor e o bem, pelo prazer, ridiculariza essas nossas coisas honestas como se fossem vergonhosas e afirma que nós, atarefados com palavras, espalhamos sons vazios, e que coisa alguma nos diz respeito a não ser o que sintamos como agradável ou penoso no corpo: a esse, portanto, como afirmei, que não é muito diferente do julgamento das feras, será permitido esquecer-se de si mesmo e então desprezar a sorte, uma vez que todo seu bem e seu mal estão sob o domínio da fortuna, dizer então que é feliz na maior tortura e nos sofrimentos, depois de ter estabelecido que a dor é não só o mal supremo, como também o único?

74. Mas nem mesmo buscou aqueles remédios para suportar a dor, para a firmeza de espírito, a vergonha da desonra, o exercício e o hábito de sofrer – preceitos da coragem – e a firmeza viril, mas se diz acalmar apenas com a recordação dos prazeres passados, como se alguém exultante não suportasse facilmente a força do calor, e quisesse recordar que algum dia tivesse estado em nosso Arpinate rodeado por rios gelados – pois não vejo como prazeres passados possam aliviar dores presentes –;

[75] sed cum is dicat semper beatum esse sapientem, cui dicere hoc, si sibi constare vellet, non liceret, quidnam faciendum est is qui nihil expetendum, nihil in bonis ducendum, quod honestate careat, existumant? Me quidem auctore etiam Peripatetici veteresque Academici balbuttire aliquando desinant aperteque et clara voce audeant dicere beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram.

XXVII. [76] Sint enim tria genera bonorum, ut iam a laqueis Stoicorum, quibus usum me pluribus quam soleo intellego, recedamus, sint sane illa genera bonorum, dum corporis <et> externa iaceant humi et tantum modo, quia sumenda sint, appellentur bona, animi autem illa divina longe lateque se pandant caelumque contingant; ut, ea qui adeptus sit, cur eum beatum modo et non beatissimum etiam dixerim?
Dolorem vero sapiens extimescet? is enim huic maxime sententiae repugnat. Nam contra mortem nostram atque nostrorum contraque aegritudinem et reliquas animi perturbationes satis esse videmur superiorum dierum disputationibus armati et parati; dolor esse videtur acerrumus virtutis adversarius; is ardentis faces intentat, is fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam se debilitaturum minatur.

[77] Huic igitur succumbet virtus, huic beata sapientis et constantis viri vita cedet? Quam turpe, o di boni! Pueri Spartiatae non ingemescunt verberum dolore laniati. Adulescentium greges Lacedaemone vidimus ipsi incredibili contentione certantis pugnis calcibus unguibus morsu denique, cum examinarentur prius quam victos se faterentur. Quae barbaria India vastior aut agrestior? in ea tamen gente primum ei, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt et Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore, cumque ad flammam se adplicaverunt, sine gemitu aduruntur.

